

PII .II. PONTIFICIS MAXIMI. HISTORIA RERVM VBIQVE GESTARVM. CVM LOCORVM DESCRIPTIONE NON FINITA ASIA MINOR INCIPIT.

q

VAECVNQVE MORTALES agũt:siue priuatim:siue publice calũnię subiacẽt:nec diuinis opibus maledica lĩgua parcit:tantũ sibi hũanus arrogat intellectus. qd nos speremus historiã:cũ ueterũ aliquorũ: tũ nr̃orum temporũ traditun? An fugiet laborẽ nostrũ malignus ĩterpres? Minime quidẽ nec tantũ nobis arrogam⁹. Vnde hoc ĩquiẽt ociũ pontifici maximo:qđ ĩ scribẽdo tempus absumpsit: christianę plębi detraxit. Cur non utilius sese exercuit? Tẽpora nostra & res uulgo notas inculcat. Quis fructus? Quę legẽdi uoluptas? nec uera prodit: nec prodita ita exornat:ut auditorem delectẽt. Verum qui scripta nostra fastidit: prius legat: deinde uituperet. Non ingentia solum facta: sed tenuia quoque nouisse sępe ex usu fuit. Nec tempora nostra non admirãda minoribus uidebũt. Quod si lectorẽ scribẽtis elegãtia non tenebit:uarietas rerũ & nouitas abire nõ sinet. Nec liber tam ineptus est: qui nõ afferat aliquid emolumenti. Nec nos falsa pro ueris astruemus : scientes nil tam contrariũ esse historię q̃ mẽdacium. Nugas in fabulis:in historia uerum quęrimus & seriũ. Nec nos plębem suo tempore fraudauimus qui nec rem diuinam negleximus: nec consistoria seu publica seu secreta prętermisimus: nec supplices audire contẽpsimus: Sed nostrũ senium sua quiete priuauimus :ut ea memoria mãdaremus:quę digna cognitu nostra pertulit ętas:cum breui ueterum recensione. Nocturni sunt hi labores. Nam quę somno debebãtur horarũ maximã partem scribendo consumpsimus. Fatemur:melius suas uigilias expendisset alius : sed dandum fuit aliquid menti:quę his lucubrationibus oblectata est. Nec nos latet Damasos:Gregorios:Leones:Bonifacios:Innocẽtios & alios quamplures ex nostris antecessoribus lõge utilius ocio

suo fuisse usos: Sed neq; hoc nostrum nō frugi est. Historiam enim texuimus: quā nostri maiores uitę magistram appellauerunt. Nec ab re siquidem prudentia est: quę uitam ducit. Prudētiam uero multarū & magnarum rerum cognitio parit: quā nemo inter scriptores melius historico tradit. Sed quid contendim' tanq̄ maledicis occursuri clausuriq; ora: frustra nitimur: & in dextro & in sinistro latrāt itinere canes. Nullius uita sine reprehensione cucurrit. Cōmunem sortem ęquo animo ferre decet. Quodcunq; de nobis iudicium fuerit non inuiti subibimus: quando in hac historia neq; optimorum speramus laudē: neq; pessimorum timemus uituperium: neq; qui nobis detraxerit id glorię assequetur: ut omnes ei consentiant: & fortasse futura ętas id approbabit: qđ nostra reiecerit. scribendi ordo hic erit. Quę per nostrū ęuū gesta sunt memoratu digna quātū cognouimus enarrare curabimus: prisca nōnulla prępmittētes: quę uel cognitionem maiorem rerum uel ornatum afferant. Digeremusq; singula per sua loca & ab oriētali plaga facientes initium per medias prouīcias narratione deducta ad occiduas nostrasq; oras remeabimus. De locorum gentiumq; natura & situ quę uidebuntur necessaria inserentes. Et quoniam rerum quas scribimus quasq; mortales agitant. Campus est ipe terrarum orbis quatenus colitur cū interiectis: & circunfusis aquis: pauca de ipo in communi attingenda sunt prius q̄ partes eius: & locorum historiam aggrediamur.

Vndi formā oēs fere consentiunt rotundam esse: Idēq;

m de terra sentiunt: quę in medio rerum constituta grauia quęq; ad se trahit: aquis maiori ex parte submersa. Sunt qui arbitrant̄ quatuor eius plagas apparere: quas magnus intersecet occeanus: duobus amplissimis fluminibus eas ambiēs: quorū alterū Zodiaco subiciatur: alterum ab aurora dextra: lęuaque per polos defluens extra colūnas herculeas coniungatur: atq; in hunc modum totius terrę quatuor portiones uelut ingentes insulas emergere. Quę cęlo subiectę benigno mortalium habitationes admittant. Parmenides terram: sicut & cęlū in quinq; zonas partitus est: quarū duas polis propīquiores nimio rigore

p. terrā sicut celū in quinq; zonas partitus ē

frigoris: & tertiam quę cursui solis obiiceretur excedenti ęstu ĩhabitabiles existimauit. Reliquas hinc atq; inde inter torridam & gelidas foelici tēpamento culturam recipere. Quam plures cum gręci: tum latini secuti sunt. Pleriq; unam tantum modo terrę partem emersisse tradiderunt inter septētrionem: & ęquinoctialem circulum. Idq; diuinam mentem hominum causa statuisse digna sentētia quam christianus approbet. Huius figuram alii spericam: alii oblongam faciunt. His Claudius ptholomęus consentit: & probabilior uidetur opinio. Homerus terram omnem quam incolimus ablui occiano ꝓdidit: neq; alienum est insulam eam eē. Nam quocunq; accedere ad extrema terrę mortalibus permissum est mare inuenitur quod occeanum appellamus: & hunc nrę habitabilis terminum quaque uersum existimant. Ptholomęus habitationē nostram a quatuor orbis partibus terra incognita claudit: quanuis plerisque in locis occeano terminari affirmet. Circū nauigari an hęc ĩsula queat dubitatum est. Strabo Gnosius Australe pelagus propter intolerabilem ęstum: boreale quoniā firgore concretū esset minime nauigari posse putauit. Iulius solinus iubę testimonium adducit: qui uniuersę partis terrę meridianę quā plurimi propter solis ardorem peruiā negauerunt. Facta uel gentium uel insularum cōmemoratione ad confirmandę fidei argumentum: omne mare quod ab india usq; in hispaniam retro africam cingit: nauigabile affirmauit adiectis stationum locis & spaciorum modo prescripto. Plinius ueronensis scribit ĩ arabico sinu res gerente Cęsare augusti filio: signa nauium ex hispaniensibus naufragiis fuisse recognita: & annone florente Carthaginis potentia circumuentū a Gadib9 ad finem arabię: eam nauigationem scripto prodidisse: Cornelium quoq; nepotem auctorem facit: qui eudoxium quendam sua ętate cum lathirū regē fugeret: Arabico sinu egressum Gades usq; ꝑfectū cōmemorat: Cęliumq; antipatrem a se uisum: qui ex hispania commerci gratia usq; ĩ Ethyopiam nauigarit. De septentrionali occeano: maior contentio est quē tamē magna ex parte Diui augusti auspiciis: circa germaniam nauigatum constat usq; ad

insula est tota terra

Cymbrorū promontorium: Caſpia uero littora: Macedonum armis Seleuco & Anthyocho regnantib⁹: ita explorata & pernauigata ſunt: ut paruo breuius q̄ totus hinc atq; illic Septentrio ſit remigatus. Plinius nepotis teſtimonio utitᷣ: qui Metello celeri: Galliç proconſuli donatos a rege ſueuorum indos aſtruit: qui ex india commertii cauſa nauigantes: tempeſtatibus eſſēt in germaniam arrepti. Nos apud Ottonē legimus ſub impatoribus teutonicis Indicam nauim & negotiatores indos ī germanico littore fuiſſe deprehenſos: quos uentis agitatos ingratis ab orientali plaga ueniſſe conſtabat: quod accidere minime potuiſſet: ſi ut pleriſq; uiſum eſt ſeptentrionale pelagus īnauigabile concretūq; eſſet: a colūnis herculeis Mauritaniç atq; hiſpanię: & galliarum circuitus: totuſq; ferme occidens hodie nauigatᷣ. Orientem nobis incognitum: cum religionū atq; impiorum diuerſitas: tum Barbaries immenſa reddidit. Veteres tamen nauigatum ꝓdunt: & occeano qui extremas amplectitur terras a ſuis littoribus nomina indiderunt: Hiſpanicum: Gallicum: Germanicum: Scythicum: Caſpium: Sericū: çoum: Indicum: Lybicum: Athlanticum appellātes. Strabo habitabilem noſtram circūfluam eſſe dicit: & ab exteriore mari multos in ſe ſinus admittere: e quibus Aquilonarem: modo Caſpiū: modo hyrcanum uocat: duos ab auſtrali pelago effundi in uiſcera terre. Perſicum & Arabicum tradit: & illum aduerſum maxime caſpio. Quartum hos magnitudinē ſuperare: q mare noſtrū quod interius appellamus efficit. Omnes autē ab extimo mari anguſto çſtu influere. Straboni multi conſentiunt. Ptholomęus plurimum aduerſatᷣ: qui omne illud mare quod indicū appellatur cum ſuis ſinibus: Arabico: Perſico: Gangerico: & q proprio uocabulo magni nomē habet undiq; terra concludi arbitratus eſt. Hircanū quoq; quod & Caſpium nominat ab oī parte terra cinctum tanquam inſulç ſimilitudinem ex oppoſito ducat: noſtrum tātūmodo pelag⁹ ab exteriori p arctiſſimas fauces terram irrumpere. Quod tum ſinibus ſibi adiunctis uſque in euxinū & Męotim paludem exit. Herodotus etiā caſpiū mare ait per ſeſe eſſe: neq; cum alio quoq̄ miſceri longitudinis

quindecim dierum curſu nauis quę remis agatus: latitudinis
ubi amplius octo. Baltici ſinus nemo ueterum meminit. Occe
anum eſſe crediderunt: eius partem qui germanicus appellat᷑:
Sed ambitur hic etiam continenti: nec magnis circa Danniam
hoſtiis ab occeano irrumpens ſinum ampliſſimum efficit: mul
taſq; & ingentes circũfluit inſulas. Iordanis huius maris men-
ſionem facit: ſed errat quãuis Gotthus cum priſcis occeanũ eẽ
putans. Albertus magnus: ingentem hunc ſinum eſſe cogno
uit. Homo germanicus qui nationis ſuę limites nõ ignorauit:
totius terrę ſiue ambitum ſiue dyametrum quęrere: furor longi
tudinem habitabilis ab ortu in occaſum Septuaginta millium
ſtadiorum extendi proditum eſt. latitudinem ab auſtro in bo-
ream triginta millibus minorem eſſe ſtraboni uiſum. Ptholo
męus de latitudine conſentiens longitudinem uariam prodit
quam ſub arcu ęquinoctialis circuli nonaginta milliũ ſtadio-
rum eſſe contendit: totumq; ambitum noti orbis ſtadiis centũ
& octuaginta millib⁹ conſtare cenſet. Latitudinem terrę qua
tenus habitatam exiſtimarunt maiores noſtri in ſeptem clima
ta diuiſerunt. Quorum primum ab inſula Meroę uſq; ſienẽ
per millia paſſuum quadrigenta & quadraginta protendit᷑. A
cuius fine ſecundum incipiens in Alexandria ęgypti finit᷑: qua
drigentis paſſuum millibus amplum. Tertium ĩ Rhodo deſi
nit: huius latitudo tercentis & quinquaginta millibus paſſuũ
extenta eſt. Quartum Rhodiẽſe appellãt: eiq; trecenta millia
paſſuum latitudinis attribuunt. Quintum Romanum ducen
torum & quinquagintaquinq; millium. Sextũ ad Boriſtenẽ
uſq; amnẽ producunt: ducentis & duodecim millibus patens.
Septimum ad Ripheos montes per millia paſſuum centum &
octuagintaquinq;. Atq; ita omnium climatum latitudo ſupra
uicies centena centum quadragĩta duo millia paſſuum comple
ctitur queẽadmodum his uiſum: qui de terrę climatibus ſcri-
ptitarũt. Longitudo Climatũ ab ortu ĩ occaſum protrahitur.
Tantumq; alterum ab altero ſuperatur quantum ab ęquinocti
ali circulo procul abeſt. Haud tamen his climatibus omnis ha
bitabilis contine᷑. Siquidẽ longe ultra Meroem degere hoĩes

& Pthbolomęus & multi alii prodiderunt & ultra ſeptimũ cli
ma: quod Rypheis montibus terminatur: magna pars germa
nię ſita eſt: & tota Noruegia: paceq Brytãnię inſula atq hyber
nię in quibus maximi dies haud minus q̃ duas de uiginti ho
ras aſſumunt: quos in ſeptimo Climate horis terminari q̃nde
cim tradiderunt. An uero ſub ęquinoctio habitatio ſit dubi
tatum eſt. Heratoſtenes perbenignam ibi temperiem eſſe ar
bitratur. Idem ſentit polibius qui ſolum illud ſublime aſſerit
& hymbribus irrigatum. Poſſidonius ſub ęquinoctiali mon
tana eſſe negauit. Quidam ęquinoctialem circulum extra om
nem terram per occeanum ferri putauerunt. Sic enim Homero
uiſum eſt qui ſolis ęquos ex occeano bibere: & ſydus ipſum in
de nutriri putauit: quem ſecutus eſt Macrobius. Nec magnus
Albert9 ab hac ſententia procul fuit: qui tantum humoris ſub
torrida Zona cõſumi exiſtimauit: quãtũ ſub polis aſſidue gi-
gneretur. Quibus in locis ab excellenti frigore aquas ex aere p
petuo generari aſſeruit. Ptholomęus aduerſus eſt qui Tapro
bane inſulę partem ſub ęquinoctio collocat: & multas ęthyo-
pum gentes: nonnulli paradiſum terreſtrem ſub ea cęli parte ſi
tam crediderunt: quibus ſacrarum reluctaẽ auctoritas littera
quę Tigrim & Euphratẽ fama notiſſimos amnes ex paradiſo
defluere cõmemorat. Quos a ſeptentrionali plaga in perſicũ
deuolui ſinum non ignoramus. Minime tamen propinquitas
ſolis directiq; ſyderis radii habitationem impediunt. locorum
opacitate opitulante & noctium humiditate quę diebus p om
ne tempus ęquales exiſtunt: eſſe tamẽ ſub ęquinoctio: & per
omnem torridam multas uaſtitates: & terras humore carentes:
ac prorſus humanę naturę incõmodas nemo neganerit: quan
uis circa luctos & amnes ęthyopum populi degant. Plinius
refert Dalionem quẽdam & Ariſtocleonem: & Bionem: & Baſi
lidem ultra Meroem longe ſubuectos. Simonidẽ uero q ęthyo
piam deſcripſit in meroe quinquennio moratum. Quam ĩſulã
per noningenta & ſeptuaginta duo millia paſſuum ultra Sienẽ
ęgypti ſitam eſſe affirmat ſicut Neronis exploratores renun-
tiauere. Apud Sienem uero conuerſionem ſolis ęſtiuã ponunt

& ibi Torridam incipere Zonam ab ęquinoctiali tractu gradibus quatuor & uiginti diſtantē: hoc eſt ſtadiis duodecim millibus: quę paſſus efficiunt quindecies centena millia: ex quo fit ut paulo ultra medium inter ęquinoctium & Sienem iacentem Meroem accipiamus. Ptholomęus ultra ęquinoctium Agiſimbam regionem habitatam ponit: & limę montes ex quibus Nili paludes oriuntur: & Antropophagos ęthyopas per gradꝰ circiter ſexdecim: atq; in hunc modum per decies centena millia paſſuum cultura hominum trans ęquinoctium inuenitur: quod ſpacium non minus terrę q̃ duo Climata complectitur. Conſenſu omnium receptum eſt totius habitabilis tris precipuas exiſtere portiones. Quarum pre magnitudine: Prima ē Aſia: Secunda eſt Africa: Tertia Europa. Aſia coniungitur Africę: ſicut Ptholomęo uiſum eſt: Per dorſum arabię quod mare noſtrum ab Arabico ſinu diſiungit. Nemo id negat: ſed adiicit ille alio in loco coniungi per terram incognitam: quę indicum pelagus circumplectitur: in qua ſententia pene ſolꝰ eſt.

Omnes enim quos offendimus de ſitu orbis ſcribentes mare īdicum ad auſtrum & orientem ſine terminis ponunt: & partē oceani eē uolunt: ſicut ab his traditum eſt: qui ab Arabico ſinu in Athlanticum mare: & ad columnas Herculis nauigarūt. Europę & Aſię coniunctio fit per dorſum: quod inter paludē Meotim & Sarmaticum oceanum excurrit ſupra Tanais fluuii fontes. Africa nuſq̃ per ſeſe europę cohęret: hinc freto Herculeo illinc Aſia interiacente diſcreta. Fuerunt qui eam ab Aſia diſiungere uoluerūt: id terrę intercidere meditati quid inter rubrum & noſtrum pelagus medium eſt: cuius latitudinē non amplius q̃ mille & quingentum ſtadium eſſe dixerūt. primuſq; omniū ſeſoſtris ęgypti Rex id efficere cogitauit. Mox darius perſarum. Deinde Ptholomęus ſequens q foſſam eduxit: latitudine centum pedum: altitudine triginta: longitudine paſſuum triginta ſeptem millium: & quingentorum. Vltra ꝓgredientem: metus inundationis deterruit excelſiore tribus cubitis rubro mari compto q̃ terra ęgypti. Plinius obmiſſam

fossionem asserit ne mare immissum aquam nili corrumperet: que sola potus prebet egyptiis. Nili amnen plerique limitem esse inter Asiam & Africam uolunt. Melior per maria certiorque partitio est: Ita ut pennisulam Africam accipiamus: undique mari cinctam preter byscinum: qui a pelusio in Arabicum sinum excurrit. Nec nusquam septentrionalior est Alexandria que triginta & uno gradibus ab equinoctio distat: nisi fortasse promontorium aliquod aut in nostrum: aut in athlanticum pelagus paulo amplius procumberet. Europa per hispaniam: Italiam: & Peloponesum australior est: paralellum qui per Rhodum ducitur attingens in Septentrionem per Germaniam & Noruegiam maxime protensa. Quinto & sexto Climate foelix ulterius non adeo benigna Asia & ad septentrionem & ad meridiem extenditur. Australiora eius latera Meroe sunt opposita: quanuis aurea Cheronesus in india ad equinoctialem usque circulum protendatur. Partes eius magis Boreales ad Scythas pertinent intra & ultra Imaum montem que ad Paralellum usque per Thylem proferuntur. Taurus mediam quodammodo scindit: qui ab occidenti in orientem excurrens: partem ad aquilonem: partem ad meridiem relinquit. Greci alteram interiorem uocant: alteram exteriorem. Latitudo montis plerisque in locis stadium tria millia continet. Longitudo quantum Asia stadium circiter quinque & quadraginta millia ab ora Rhodiensi usque ad indie & Scythiae extrema orientem uersus caput eius inter Cariam lyciamque consurgit. quibus in locis modo cadim mons: modo cragas appellatur: neque altitudine: neque latitudine memorabilis: multe sunt eius partes: & multa illi nomina uetustas indidit. Progressus intra continentem quantum lycie fines extenduntur: tum primum attollitur & promontorium Masicitum ad dexteram emittit: quod in mare Pamphylicum usque procumbens. Pamphyliam ipsam lyciamque disiungit. mox ad septentrionem uergens: celenorum efficit iugum: quod ad magnam frigiam lycaoniamque respi-

A terminat africa a rubro mari

alexandria distat ab equinoctiali g. 31.

Asia ps terre que magis ad austrum uergat usque ad paralellum per meroe transit [illegible] aurea chersonesus [illegible] ad equinoctialem attingat ps uero magis septentrionalior [illegible]

de montibus famosis multa

Latitudo montis Tauri plerisque locis stad. 3 milia longitudo ab occidente in oriente in india fine se extendit

cit:tranſmiſſa uero hinc atque inde Piſidia Ciliciam attingit. & Antiochia a ſiniſtris relicta in duo cornua diuiditur:quorũ dextrum Tauri nomen retinet: Siniſtrum Antitaurum uocant:qui Septentrionem uerſus incedens minorem Armoeniam a maiori diſtermĩat:relicto ad ſiniſtrã iugo uerſus Euxinũ pontum: cui Scordiſco eſt nomen:& orientalia Capadociȩ a minori Armoenia ſeiungit. Ex Tauro uero cum ad extrema Ciliciȩ peruenit amanus oritur:qui Syriã a dextris relinquens ad Euphratem uſque uerſus orientem digreditur:nec interruptus ut Straboni placuit nomen amittit:ſed multum in altum latumque creſcens:multifidus efficitur. Pars Auſtralior taurus eſt:qui Armoeniam a meſopotamia diſterminat. Pars Septentrionalior in multos quaſi ramos ſcinditur. Ptholomȩus poſt ſciſſionem Euphratis Amanum mõtem iterum appellat Taurum:inter Armoeniam : Meſopotamiamque protenſum:donec rurſus ab Amne Tigridis interrumpitur:ultra uero Nyphatem nominat:cui Aſiria in dextro latere ſubiacet:& Adiabena regio qua dimiſſa ultra Capri amnis fontes. Nyphates in duas ſcinditur partes:Ea quȩ ad Septentrionem uergit: Caſpios montes efficit:qui ad hyrcanum pelagus deferuntur. Quȩ uero ad meridiem inclinat Choatras mons appellatur: q iuxta Aſiriam aliquandiu progreſſus in Auſtrum rurſus in duo cornua diuiditur: quȩ Medorum prouintiam includunt. Septentrionale nunc Zageius mons nunc orontes appellatur: Auſtriali parthoatras eſt uocabulum quo media diſiungitur a Perſide.

Coniungũt iterũ hȩc inter ſe cornua circa finẽ Moediȩ ad oriẽtem & iterũ diſiungũt:Ragianã Sigrianãq; terrã includentia. Circa finem uero Sigrianȩ denuo propemodũ cohȩrent: ita ut portam quandam uideantur efficere: quae in Parthiam iter aperiat. Nam & Parthia Thauro cingitur: Cuius pars Septentrionalis Coros uocatur. Inter Hyrcaniam Parthiamque diſcurrẽs orientalis Maſdoranus: q parthos ab Aria ſepat

Auſtralis: Parthoatras ſicut circa pſidem moediamq noĩatur: hic Parthos a Carmama probibet. coros autem hyrcaniam pre tergreſſus promontorium non paruum a ſe dimittit: quod ad hyrcanum mare procumbens Marganã ab hyrcania ſeparat. Ipſe inter Margianã & Ariam dilapſus Sariphus appellatur: ex quo brachium aliud excurrit Septentrionem & occidentẽ uerſus: Bactrianam a Margiana diſiungens: quod ubi ad hyrcanum prope pelagus peruenit. Rurſus ad orientem ſeptẽtrionemq decurrit: uſq iaxartem fluuium. Ipſe uero poſtq̃ Bactrianam: Ariamq tranſmiſit: Paropaniſſus uocitatur: a quo regio quę ad auſtrum uergit: Paropaniſadum nominatur eius cõcluſa iugis. Vlterius iam indiam ingreſſus Caucaſus dicitur: qđ nomen ab Alexandri militibus accępiſſe uidet̃. Eius glorię cã & per adulationem: quę regũ comes eſt: tanq̃ ille Caucaſi iuga & promethei miracula tranſcendiſſet. hec altiſſima uidentur: & admodum lata indię montana: quę ad ſacas pertingentia comędorum nominantur. deinceps Imans incipit: & uſq ad fontes Gangis extenditur: ex quo dorſum deriuatur: quod in Septentrionem uergens: in occeano procumbit: & iuxta Ptholomęi traditionem Scythas iu duas partes diuidit: multoſq ramos producit: qui Boreales Aſię partes multifariam partiunt̃. Is ubi per aliquantum ſpacium Gangem pretermiſit: & ad exteriorem indiam peruenit Emodus nominatur: qui circa finẽ indię in duos ramos diuiditur uſq in eorum excurrentes pelagus: alteri otorocoras nomen eſt: & Seras reſpicit: alteri Semantinus ad ſinas terrarum ultimos medii inter utrumq Semantini degunt: & ipſi orientaliũ extremi: ac pene incogniti: ſic Taurus ſe habet totius Aſię diuiſor: cui per Antitaurum & Caſpiũ montem Caucaſia iuga: & quęcunq per Aſiã montana excellunt propemodum coniuncta ſunt. Nec male exiſtimaſſe putauerim: ſi quis per iuga Syrię quę de Tauro deriuant̃: et dorſum Arabię quod inter mare noſtrum arabicunque decurrit: Troglodicarum montes uſque ad eos qui lunę uocantur: et deinde p iuga ĩcognita in athlantẽ uſq pueiri poſſe affirmauerit

ptholomeus scitas ĩ duas ptes diuidit

troglodit[illegible] mōtes

A credit q taurus m. q descēdit p siria z p dorsū arabie z trāsit int' nrm mare z arabicū z decurit ĩ troglodita[illegible] mōtib[illegible] usq ad lune mōs z deinde q decurrat p iuga incogta z pueniat usq ĩ athlantē ./

rurſuſque hiſpaniarum montes pyrheneis contineri: & illos per montana galliarum gelidas alpes attingere: Ex quibus hic apeninius italiam omnem interſecat: illic per hiſtriam & dalmatiam uſq; in Peloponeſum & in traciam altiſſima iuga decurrunt. & inter Rhenum ac Danubium dorſum aſſurgit: quod ex alpibus deriuatum per germaniam: Sarmatiāq; dilapſum: ſupra fontes Tanais ad Riphęos montes attingit: & per illos Caucaſo iungitur: ex inde per caſpium antitaurū: deniq; taurus ipſa cōprehenditur: Vltra quem regnare magnū anthiocum Romani permiſere: ex quo fit ut totius continentis una montium ſeries intelligatur: quāuis pleriſq; in locis tumor nō ſatis appareat. Aſię partes: alii plures: alii pauciores efficiunt: noſtra deſcriptio ſex tātūmodo continebit. Tres citra taurum: & totidem ultra. Prior intra taurum & occeanū ſeptentrionalem ab oriente ſole uſq; ad hyrcanum pelagus extendetur popinario cultro ſimilis: continebitq; Scytharum plurimas gentes: quę ultra Imaum montem: citraq; habitant: cum quibus & bactriani memorabuntur: & Gordiani & Sacę: & Maſſagetę & ultimi ad auroram Seres: & qui ſinum circum habitant Atacenum. Secunda ab eodem hyrcano mari uſq; ad amnē Tanaim & paludem Meoticam proferetur: habens a ſeptentrione terrā incognitam in occeanum uerſam a meridie pontum ęuxinum: & qui ab eo in hyrcanum pelagus excurrunt Moſchicos montes. In hac Albani: hyberes: & colchi collocabuntur atq; alii quā plures populi quos uno uocabulo Scythas appellant. In tertia parte Romanis inuicta uiribus Parthia claudetur Medorumque terra: & utraq; armęnia: & quicquid hodie minor Azia appellatur inter Euxinum & helleſpontum: & Cilicum pelagus hiſtino clauditur qui ab iſſico ſinu in phaſidem uergit. In quarta deſignabitur india cum ſinarum populis ad orientem extremis & inſulam taprobanę: q̄ ad meridiem ſita circulum equinoctialem tranſcendit. Quinta ab indo fluuio uſque ad amnen tigrim intra Taurum & mare indicum: ſinumque perſicum iacens. Paropamſades: Aracoſios: Arianos. Drangianos: Gedroſianos: Carmanos: Perſas: Aſſirios: & Suſcianos

complectet. Sexta eademq́ postrema ab ipso Tigride Amne usq́ ad issicum sinum: nostrumq́ pelagus extendetur: omnia cōplexa quę a Tauro monte in persicum & Arabicum sinum: atq́ in ęgypti Septentrionalia uergunt. His in locis priores ad orientem mesopotamii occurrent Babylonii: ac Caldei quibus contermina est Arabia deserta. Ad occidentē triplex Syria collocabitur Palestina comagena: ac phoenicis cum cilicia: & Pāphilia ac lycia: & cum his Arabia petrea. Ad meridiem foelices Arabes inuenientur inter Sinum Persicum arabicūq́ cōclusi arduis montibus a reliquis sui nominis gentilibus diuisi: usq́ ad insulam prope distoridem in indicum protensi pelagus. Hęc nobis totius Asie certior cōmodiorq́ partitio uisa. Nūc partes partium attingere oportet. Seres ut ante diximus ad orientem ęstiuū ultimi reperiuntur: quibus ad ortum terram incognitam Ptholomeus & alii eorum occeanū posuere ad meridiem: Emodi montes & otorocoras indos ac sinas excludunt a septentrione. Antropophagi iacēt Scytha qbus humana corpora cibi sunt: & ut Ptholomeo uisum est ignota terra: ut aliis Scythicus occeanus ab occidente Scytharū natio mōtes apud Seras excellētes Annibi: Anzaci: Casii: & armirei ex qbus Tagurus assurgit. Amnes noīat Ptholomęus Oertadē & Bantisum. Plinius ueronēsis psitatam: Cambrim: & cui nomē est lanos inter urbes metropolim Seram ponunt: otocorę monti uicinā. Inter gentes maximā issedonū esse dicunt: quę taguri iuga mōtis: & adiacētes incolit cāpos Iulius Solinus sicut & alii complures mare hyrcanum ad Scythiam occeanū habere hostium dixit: ibique ab exordio eiuscę plagę uersus orientem a dextris ꝓfundas iacere niues: mox longa deserta: post antropophagos gētem asperrimā & efferratā quę dimidiā ferme itineris partē impenetrabilē reddidit: usq́ ad iugū mari īminens: quod tabin Barbari uocant. Vltra quod post longinquas solitudines more tractu quę spectat ęstiuum orientē: & ultra in humanos sit⁹ ad seres demū pueiri. hoīes īter se mites & qetissimos: sed q per alios mortales refugiūt: hos aquarū asꝑgine inundatis frōdib⁹ arborū uellera liquoris adminiculo depectere

& lanuginis teneram ſubtilitate humorem ad obſequiũ doma
re aſſerit: & hoc eſſe illud Sericum in uſum publicum dãnoſe
uanitatis admiſſum. Ex quo potius eſt oſtendere corpora q̃ ue
ſtire: Quod primo foeminis poſtea etiam uiris luxuriẹ pſuaſit
ambitio. Mercatores fama eſt primũ eorũ fluuium pertranſi
re: atq; in eius ripis nullo linguẹ comertio negociari: Sed ocu-
lis tantum rerum precia extimare: aurumq; offerre cum Seres
ſua tradãt: noſtra nõ emant. Strabo appolodori adramictini
utens teſtimonio ſcribit: Menandrum ac demetrium qui ex gẽ
te grẹca poſt Alexandrum in Bactria regnauerunt res orienta-
les aggreſſos longe ulterius q̃ Alexander proceſſiſſe: & uſq; ad
Seras & faunos imperium protuliſſe. his Atacenus annectitur
ſinus: & gens atocorum quibus temperiei prẹrogatiuam mirã
dicunt aeris dementiam ſubminiſtrare: & arcere afflatũ noxiũ
colles qui ſalubri apricitate ſecluſo undiq; obiectu peſtilentes
auras prohibẽt: atq; ideo par illis & Hyperboreis uitẹ genus eẽ
crediderunt. Plinius tradit Homerũ de his priuatĩ uolumĩa
condidiſſe: ſicut de hyperboreis Hecatheum: ĩter hos & indos
nonnulli ciconas locauerũt. Ptholomẹ⁹ ſemantinos poſuiſſe
uidetur: qui Seras inter & Sinas orientaliores exiſtunt: ad quos
nulli noſtratum hodie perueniunt immẽſa Barbaries iter clau
dit: & imperantium multitudo: quam nemo pbarit pacis ami
cus: & qui orbis ſitum noſſe cupiat. ignota eſſet terrarum ma-
xima pars: niſi Romanorum principatus & Alexãdri potentia
orbem aperuiſſet. Nicolaus tamen quidam uenetus cognomẽ
to comes noſtra ẹtate in hec loca peruenit: ſi uera ſunt quẹ ab
eo narrata feruntur. is ait mare indicum ultra gangem cũ men
ſe toto nauigaſſet ad Ratham fluuium ſe perueniſſe: eoq; ſex
diebus nauigato ciuitatem inueniſſe: quẹ nomine fluminis ap
pellaretur. Exin per deſertos habitaculis montes: quos Tauri
partem fuiſſe crediderim: decem & ſeptem diebus in Campe-
ſtria deſcendiſſe: quibus duabus ebdomadibus magno labore
peragratis flumen offendiſſe. Gange maius quod ab incolis
daua diceret: atq; in eo menſis nauigatõe pacta ciuitatẽ nobi
liſſimã appuliſſe ſtadioꝝ cẽtũ uigĩti circuitu patẽtẽ cui nomẽ

Seres
de prouīcia Macini
Macinū prouīcia elefantis referta
rex 10 milia habet et ipse uno albo
cū cathena aurea et gēmis collo cir
cumq; ad pedes pendet

Dua. hic laſciuientes foeminas: & ſupra modū libidini dedi-
tas eē affirmat. Viros autē uxore unica contentos eſſe. Prouin
ciam Macinum appellari: Elephantis refertā: quorū decem mil
lia rex ad bellum nutriat: ipſe albo uehatur Elephanto: cui ca-
thena aurea gemmis diſtincta: colloq; circundata ad pedes uſ-
que pendeat. Viros ac mulieres ſtilo ferreo uariis coloribꝰ figu
riſq; corpora pingere. idola omnes colere: ſurgentes e lecto ad
orientem ſe ſolem uertere: iunctiſq; manibus orare: in oratione
trini dei opem petere. Serpentes aſſos in cibum pro deliciis ha-
bere: rubeaſq; formicas pipere conditas paruulis gammaris ſi
miles. Animal hoc ī loco naſci ſuillo capite bouis cauda: unico
in fronte cornu eoq; cubitali: colore & magnitudine Elephan
tis quibus cum bellum continue gerit: id cornu ueneno mede-
tur: atq; idcirco in honore eſt. Qua regio ad cathaū uergit bo
ues albos nigroſq; gigni eqna cauda: Sed piloſiore ad pedes uſ
que protenſa. Pilos caudę ſubtiliſſimos in modum plumę uo
latilis: magno in precio eſſe: quos eqtes in cacumine lancearū
ſuſpendentes egregię nobilitatis inſigne ducūt. Hęc de Ma-
cino Nicolaus tradidit: quā prouintiam ad orientē uerſam int̄
indię montes: & cathaium collocans haud dubie regionē Seri-
cam denotaſſe uidet̄: quę ſcytharū gentibus & a ſeptentrione:
& ab occidente iungitur. Scythas autem orientales noſtra ętas
in cathaio ponit: magno Cani ſubiectos: ſic enim illi ſuum im
peratorem appellant. Sed illud difficile eſt credere: quod de
amne Dua commemorat: quem gange maiorem dixit: cui
ueteres cūcta cedere flumina tradiderunt. Nęc illud dignū fi-
de decem millia Elephātum belli cauſa regem alere: nec notū
eſſe aut fama clarum. Sed longinquitas redargui non facile
poteſt. Poſt Seras occidentē uerſus ſacę ſunt & Maſſagetę: &
Taburei & ſuebi & ultimi ad ſeptētrionē Alanorſi. Ptholomę
us maſſagetas duplices eē dixit: alteros hyrcano mari uicinos:
& Margianę regioni: alteros inter ſacas poſuit. Sacarum gen
tē ab occaſu comedo monte & amne iaxarte concluſit a ſepten
trione. Scythia quę intra Imaum eſt & aſcantici montis iugo
ab oriēte Seris: ad auſtrum montibus indicis: Sacę nomades

Post seras occidētē uersus sunt
Sace
Masagete
Taburei
Alanorsi
Suebi
Termin9 sacarū getarū

ſunt: qui carentes urbibus nemora & ſpeluncas habitant. Fa
ma eſt ſacarum gentem uſq; in hyrcaniam & parthiam ꝑdari
ſolitam: quamuis multa & deſerta ſiccaq; regio interiacet. Par
thos amore pacis tributa illis pepēdiſſe: id erat ꝑmittere: ut ſta-
tis temporibus agros excurrerēt: & prędam agerent: cum pręter
conuenta facerent. Bellū gerebāt: rurſumq; pax fiebat: fuitq;
Nomadum uita ita inſtituta: ut ſemꝑ uicinos infeſtarent: rur-
ſuſq; reconciliarent. Sacę multas inuaſiones fecere modo pro-
pinquas: modo longinquas bactrianam occuparunt: & optimā
Armenię regionem: quę poſtea ſacaſina ab eis eſt appellata. In
uaſerunt & Cappadocas q ad Euxinum uergētes pōtici noīan
tur. Sed cum ex ſpoliis feſta celebrarent: perſarū imꝑatores eos
funditus deleuere. Sūt qui tradant cyrrū perſarum regē ducto
aduerſus eos exercitu pręlio ſuperatū: Sed fugientem eo ī loco
caſtramentatum ubi impedimenta reliq̄rat: bonis omnibus &
pręſertī uino inſtructa: indeq; poſtq̄ exercitus paululum quie
uerat relictis ueſperi tabernaculis progreſſum quantum ſibi
cōmodum uiſum fuit conſediſſe. Ingruentes ſacas & caſtra ui
ris deſerta: ac rebus uoluptuoſis plena cōperientes immodice
ſe impleuiſſe. Cyrrum conuerſum uinolētos: atq; attonitos ad
internitionem cecidiſſe: diemq; illum patrię deę cōſecraſſe:
Sacaq; nominaſſe: que cū celebrabant poſitis die ac nocte bac-
chanalibus uiri ſimul ac mulieres eo uſq; potabant: donec ſtu-
pore comprehenderentur: tamq; ſimplex puriſſimaq; diuinitas
foediſſimis hominū moribus oblectaret: & Sacarū maſſageta-
rumq; gēte: Athaſios & coraſmos eē putāt: ad quos Spithame
nes ex bactrianis ac ſogdianis cōfugit un⁹ ex pſis q Alexādro
reſiſtere conati ſunt. Cicius ad īſequēdū Spithamenē ab alexā
dro miſſus Barbaros pugna ſuꝑauit: illi per deſerta tā diu fu-
gerunt: donec Alexandrū ipm aduerſus ſe uenire cognouerūt.
Tūc aūt placaturi hoſtem Spithameni caput amputauerunt:
& alexandro miſerunt: nec amplius ab eo uexati ſunt. Poſt Sa
cas ad Septentrionem Maſſagetę reperiuntur: & ipſi Noma-
des Scytharumquę gen⁹ qui uirtutem ſuam maxime in bello
aduerſus Cyrrum oſtenderunt. Horum alii montes habitant:

Sitos: alij mōtes alij campos alij paludes
Agrū amnē quē alij arexē uocāt

alii campos: alii paludes & que sunt in paludibus īsulas agrū amnē: p hos labi dicunt: que alii arexem uocāt: eumq; plures in partes diuidunt. Et uno tantū hostio hyrcanū ingredi pelagus reliquis in occeanū Septemtrionalem exonerari. Ptholomęus margum fluuium duobus fontibus ex montibus Sariphis descendere tradit: & per massagetas: qui margianis uicini sunt: ac derbitas in oxum deferri amnē q iuxta Ribios hyrcanū pelagus īgreditur. Massagete equum soli mactant: eumq; tantū modo deum putant: multos hic error antiquorum pcipitauit: inter quos fuit Dion prusensis: Plinius ueronensis: Macrobius: & oīs ferme illa ętas quę a uespasiano Cęsare usq; ad Traianum cucurrit & adrianum. Nuper quoque in arce quę sub ipsa adriani molle magnificētissime structa est: Vrbinas quidam adolescens repertus est huius stulticię sequax: Alioqn nō ignarus qui cum arcem pdere coneretur: essetq; dephensus uotum christo uouit ei se crediturum: relicturumq; solis cultum: si libertatem: atq; impunitatē assequeret. Sed raptus ad suppliciū stultum se fuisse testatus est: qui ab eo salutē sperasset: qui se ipm saluare non potuisset: tanq̄ christus iesus: & dominus noster crucē tulisset īuitus qui pro nostra uita sua spōte moriens mortem occidit. Stult9 adolescēs sub nostro pōtificatu sui sceleris poenas dedit: laqueo suspensus: & in Tyberim proiectus. Massagetis mos fuit singulis uxores singulas ducere: neq; tamen alienis abstinebant: cum qbus suspensa e curru pharetra ī propatulo coibant. Foeda gens: & brutis simillima apud quā genus mortis maxime optimum iudicabatur: ut senio cōfecti in frustra cęderentur: & cum carnibus ouilis promiscue ederētur: eos q morbo decederēt: ut impios abiicientes tanq̄ dignos qui a feris deuorarentur. Eqtes: ac pedites īter eos optimi fuere arcu: gladio: torace: ac securi enea utentes: aureas Zonas: aurea equorum fręna: ac pectoralia habētes. Ferri parū apud eos fuit argento carebant: ęre & auro abundabant: insularum cultores herbarum radices ędebant: & agrestes fructus: ex qbus pocula exprimebant. Vestis erat arborum cortex. qui paludes inhabitabant piscibus uescebātur. focarum coria e mari pdeuntium

pth. Margū flu. duobus fontibus ex mōtibus Sariphis descēdere tradit / et descēdit ī oxū

Massagete solē adorāt

ut [illegible] aureas zonas et frena aurea pectoralia argēti et ferri carēt ere et auro habundāt

induebant. Montani pomis ſilueſtribus alebātur:nō auſi oues occidere cum paucas haberent:eiſque lactis & lanę gratia parcerent. Campeſtres & ſi regionem late patentem occupabant: nō tamen agros excolebant:ſed ex ouibus piſcibuſq; uiuebāt. Bellicoſi homines quanuis ſimplices & in contractando minime uerſuti. His ad orientem ac Septentrionem Antrophagi ſunt:quibus execrandi cibi humana uiſcera eſſe creduntur: & circa hos triſtiſſima ſolitudo & mare quod Tabin uocant: & eſſedones:qui oſſa capitum ſuorum parentum auro cincta in poculorum tradere miniſterium aſſeruntur: & Scythotauri qui pro hoſtiis cędunt aduenas. Iulius ſolinus in hac parte terras eſſe locupletes:ſed inhabitabiles dicit. Nam cum auro & gemmis affluant Gryphes tenere uniuerſa teſtatur: Alites ferociſſimos: & ultra omnem rabiem ſęuiētes quorum immanitate obſiſtente:rarus pateat ad diuites uenas acceſſus. Diſerpere enim homines tanquam genitos ad plectendam auaritię temeritatem. Arimaſpos cum his dimicare gentem monoculam ſi credere par eſt:ut intercipiāt lapides Smaragdis hic primam eſſe: quibus tertiam dederit Theofraſtus dignitatē:quibuſq; nihil uideant oculi iocundius. Chriſtallum quoque optimam hinc auferri cuius fruſtrum linia anguſti ad pondus centum & quīquaginta librarū inter Capitolina donaria dicauerit. Sub Maſſagetis Tapirēis: & Alanorſis occidentem uerſus uſq; ad amnem: Ras & Aſiaticos Sarmatas Ptholomęus quamplurimas Scytharum gentes enumerat. Quibus ad meridiem iaxartes fluuius & mare Caſpium occurrit a Septentrione terra īcognita iacet. Iaxartem apud Sacas oriri arbitratur & in Septentrionem fluere. Poſtea ad occidentem uerti inter Scythas: & ſogdianos :demumque ad meridiem inclinantem:hyrcanum īgredi pelagus multa & magna flumina una trahentem. Quę partim Sogdii:partim noroxi Aſpiſii: & Tapuri mōtes effundūt. Ras uero amnem Hyperboreos emittere mōtes exiſtimat: qui modo in orientem modo in occidentē uerſus :poſtremo ad meridiem tendens Hyrcanias auget aquas. Inter iaxartem: & Ras duo ingentia ponit flumina : Rhimmum q; & ex Rhimmicis

oritur iugis & daixem Noroſo monte cadentem inter hos montes: & iaxartem fluuiū hyrcanūque mare: Orgaſos: Erimnos: Aſiotas: Noroſbes: Noroſſos: & Catagas Scytharum populos collocat. trans montes autem Septentrionem uerſus Gallactophagos: aſpiſios: Thabrenos: Samnitas: Pamardos: & alios quamplures: & albanos iuxta montes qui admodum Septentrionales ſunt. ab auſtrali parte Saxonibus locum prębet ex quibus fortaſſe orti ſunt: qui germaniam incolunt: quanuis ſuam originem ex macedonib⁹ repetant a Boreali parte. Naſſeis & ſubocis ſedes dedit: qui non minus ad Septentrionem uergunt: q̄ Thyle. In cuius Paralello Scythas Alanos deſcripſit: & hyperboreos Sarmatas: quibus ad auſtrum montes collocat. Hyperboreos & aſiaticos facit: quanquam plerique Europęos eſſe tradiderint: nonnulli hoc genus hominum ultra aquilonē iacere putauerunt: gentemque beatiſſimam eſſe: quam alii mediam ſtatuerunt inter utrunque ſolē antipodum occidētem & noſtrum renaſcentem. Iulius Solinus aſpernari rationem dixit: tam uaſto mari duos orbes interfluente: & in europa circunſcripſit: apud quos mundi cardines eſſent: & extimi ſyderum ambitus: nox quę una ſex menſium: & una totidem dies magnam his de cęlo clementiam conceſſam eſſe: auras ſpirare ſalubres: nihil noxii flatus habere: domos eſſe nemora. Victū arbores miniſtrare: diſcordiam neſcire: ęgritudine non inquietari: ad innocentiam omnibus ęquale uotum eſſe: mortem acerſere: & uoluntario interitu obeundi tarditatem caſtigare: cōſueſſe olim primitias frgum per uirgines Apollini delio miſitare quibus perfidia hoſpitum uiolatis. Pontificio ītra fines ſuos recepto miſſionem neglexiſſe. Fabuloſa hęc: nam qs credat? Virgines tam longo terrarum tractu tantaſque montiū fluminumq; ac marium difficultates ſingulis annis penetrare potuiſſe: aut gentem eſſe: quę trās aquilonem habitet nobis cognitam. Diodorus Hecateo teſte utens oppoſitā celtis iuxta occeanum eſſe inſulam dicit: haud multo Sicilia minorē pone arctos: habitarique ab his qui hyperborei appellantur: eo q̄ uēto Borę ſunt expoſiti. inſulam ualde fertilem in qua fructus

annui bis naſcuntur:latonam in ea natam fabulantur: & apollinem ibi prę cęteris diis coli.eſſeque homines eius inſulę ueluti quoſdam ſacerdotes apollinis :cuius laudes & hymnos quotidie in cantu celebrent.lucum pręterea ingentem:templumque apollinis forma rotunda multis donis atque ornamentis cumulatum. Vrbem ei ſacram cuius incolę maiori ex parte cythare di exiſtant:continueque in templo ſonent: & hymnos canant. habere hyperboreos propriam linguam: & gręcis maxime deli is atque athenienſibus ſocietate ac beniuolentia iunctos a priſcis temporibus coepta. Gręcos enim quoſdam olim ad hyperboreos tranſiſſe ferunt: & dona ſumptuoſa in templo appoſuiſſe gręcis litteris inſcripta. Ex hyperboreis uero abarmi ueniſſe in gręciam amicitiamque cum deliis antea contractam firmaſſe aiunt: & lunam apud hyperboreos uideri parum a terra diſtantem:ac terreſtres quoſdam ueluti cumulos habentem in ſe manifeſtos:Deumque Apollinem per annos undeuiginti adiri inſulam in quibus aſtrorum reuolutiones perficiantur: imperare ciuitati temploque pręeſſe Boreadas. Borei progeniemque per genus recipit principatum:quę omnia tanquam fabuloſa referens diodorus uidetur contemnere. Hyperboreis ſimiles Arimpheos eſſe dicunt. Aſiaticos Scythas q Bacchas edunt:comas uiri & fęminę tondent:nullum lędunt: quietem amant:nec lędūtur ab aliis:fugientes ad eos tuti ſunt:tanquā Aſylo tegantur.Sacri omnes habentur. Sic forſitam olim fuit nunc gentis huiuſce nulla cognitio.Iaxartem fluuium nonnulli thanaim eſſe crediderunt: qui Aſiā ab Europa diſterminat: inter quos fuiſſe Policletum Strabo commemorat:cuius errorem Alexandri Comites ſecuti ſunt:qui eum tranſmiſſo Thanai aduerſus Europeos Scythas Belligeraſſe tradiderunt. Sed Dimas dux Seleuci & Anthiochi ſatis idoneus uero auctor hunc tranſuectus amnem:ac titulos omnium ſupergreſſus alium eſſe quam thanaim deprehendit: & ob gloriam ſui nominis altaria ibi apollini Didimeo ędificauit: & hoc eſſe collimi nium inter ſcythas & perſas oſtendit:non quod perſia ſcythas attingat:ſed quod īperiū perſarū per Bactrianos & gordianos

ad iaxartem usque fluuium protendatur: iaxartis nomen a Bactrianis inditum ferunt. Plinius a Scythis uocatum Scythim tradit. hic arę conditę ferunt ab Hercule ac libero patre: Cyrro quoque & Semiramide: & postremo ab Alexandro: quę profectionis metas ad Septentrionem ostenderent: qui nostra ętate orbis situm figurant. Cathaium his in locis designant: quae ultra iaxartem commemorauimus multasq; ꝓuincias & multa regna circunscribunt: quibus unus pręsit imperator ꝗ apud eos Can appellatur. Nicolaus uenetus apud eum se fuisse affirmat: & urbem inuenisse quę duo de triginta millibus passuum pateret in quadrum: Cambaleschiam nomine in cuius medio arx munitissima: & ornatissima haberet: in qua rex habitaret: & ex qua muri arcuati ad quatuor urbis angulos protenderent: per quos accessus regi esset si quid in urbe tumultus excitaretur ad arces quae ipsis in angulis eminent: quarum quelibet passuum quatuor millia in ambitu continet: & omnis generis arma tormentaque bello apta concludit. Asserit insuper & alteram se urbem reperisse quindecim dierum itinere ab hac distantem: Nemptai appellatam nostro ęuo aut paulo āte ab imperatoribus eius gentis conditam: cuius ambitus triginta millibus passuum contineatur: eamque populosissimam eē omnium: In utraq; ciuitate domus: palatia tēpla: cęteraque urbiū ornamenta italicis similia esse affirmat: homines modestos atque urbanos: & multis diuitiis affluentes: quod si credim⁹ magna profecto morum mutatio facta est: ab his quos antiqui ꝓdiderūt: qui scythas ferme omnes pastorales esse affirmauerūt: & propemodum intractabiles: nec horrida Septentrionis ora eos admittit mores: quibus uel gręcia olī claruit: uel italia nūc floret: aut certe Cathaium ipsum qđ tantopere laudant minus septentrionale est quam pictura demōstrat. Nam quicquid ultra Iaxartem colitur: si ptholomęo fides est ultra septimum clima protenditur: & Parallelum transcendit qui per Boristhenem describitur: nisi respondeat aliquis magni canis imperiū & ultra & citra Iaxartem extendi: ac Gordianos Bactrianos & alias gentes usque ad indię atq; Arię montes cōprehēdere:

quod facile persuaderi potest his qui Scytharum res gestas ali
quando legerunt:a quibus magnam Asię partem olim subactã
fuisse constat:nec imperia suos tenent perpetuo limites. Sed
pro fortunę uarietate:nunc magna sunt:nunc parua. Strabo in
hac parte : Scythię ad occidentem : quam Ptholomeus Ras
fluuio terminauit:hyrcani pelagi fauces collocauit ab utraque
parte cultas:De quibus postea differemus .Inter iaxartem &
Sariphos Paropanisosq; montes Sogdiani & Bactriani iacẽt:
oxo discreti fluuio:Sogdiani ad Iaxartem magis accedunt:ba
ctriani ad paropanisi iuga per quos fluuius ocus dilapsus in
oxum fertur.Bactrianis ad occidentem Margiani sũt. Sogdia
nis montes oxii quos ĩterrumpit oxus per ribios & derbitas in
hyrcanum cadens pelagus.Margianis ad occidentem hyrcania
occurrit:quę nomen pelago dedit olim sicut strabo asserit.Sog
diani & Bactriani:nec uita multum:nec moribus a nomadib9
differebant:quanuis Bactriani mitiores essent. Nec uera locu
tus onesecrititus existimatur:qui bactrianos senio:aut morbo
confectos apponi Canibus uiuos scripsit:ad hoc ipsum de in-
dustria enutritis : quos patria lingua sepulchrales uocabant :
quam legem sustulerit alexander:quẽ ferunt alii octo:alii duo
decim urbes in Bactriana & Sogdiana cõdidisse nõnullis euer
sis:quarum cariata fuit in bactriana:ubi Calisthenes cõpreben
sus est:& in uincula coniectus:qui diuinos honores Alexãdro
negauit exhibendos esse.In Sogdiana paracanda:& Cyra ulti
mum Cyrri opus ad iaxartem flumen conditum :quod persici
imperii cõfinium erat:nec pepercit Alexander memorię cyrri
quanuis illum coleret:propter continuas oppidanorum rebelli
ones.In Bactriana petram sisimetrę altitudinis stadiorum qn
decim cępit:cuius ambitus octuaginta continebatur:ĩ superio
re parte planam ac feracem ut uiros quingentos alere posset.In
ea Alexander & hospitio sumptuose acceptus est :& Rosanã
oxiartis filiam duxit uxorem. In Sogdiana secus oxum Aria
mare petrã occupauit:quę duplo altior fuit Sisimitrita.Xerses
in his locis urbem cõdiderat:& branchidas in ea collocauerat:
propterea quod dei pecunias ac Thesauros qui apud Didima

erant ſibi tradidiſſent: & ſecū e patria ſponte migraſſent. Alex
ander eos ſuſtulit proditionem & ſacrilegium exoſus quę ſce/
lera nulla non aetas improbauit. Per Sogdianam amnis labit̄
qui poſtquam multam regionem irrigauit in deſertam bareno
ſam terram euadit: atq; ibi abſorbetur : quemadmodum in ari
ana fluuius arius qui regioni nomen dedit. Macedones propter
alexandri gloriam: bunc amnen nobilitarunt: qui apud ocbum
flumen olei fontem inuenientes multi fabulati ſunt: tanquam
miraculum fuerit nitroſam & alluminoſam terram ſulpbure:
ac Bitumine intermixtam id liquoris fundere: bunc fluuium
alii per Bactrianam labi dicunt: quos Ptbolomęus ſecutus ē.
Alii ſecus eam: Alii ab oxo diuerſum uſque ad boſtia atq; au/
ſtraliorem: & ambos in byrcanū mare decurrere. Alii ab initio
diuerſum & deinde in unum coire. Oxus ſicut Ptbolomęo ui
detur in caucaſio indię intrare prope Paropaniſades fontē ba/
bet: & in Septentrionem longo flexu directus: maiori demum
in occaſum uergit: multa & magna flumina in mare caſpium
ſecum ferens: inter quę ocbus eſt: per quem nauigaſſe pompei
um crediderim ſicut ante diximus: cum deſcendit in oxum nā
& ocbi fontes in paropaniſo monte reperiuntur. Oxi alueū
multis ī locis ſex ſeptem ue ſtadiorum latitudinem babere tra
diderunt. Alexander Beſſum inſequens: bunc amnem ponte
ex utribus facto traiecit: miſitque Ptbolomęum lagi cum pte
exercitus qui Beſſum a Barbaris derelictum in uilla quadam
intercępit: & nudum ac catbena ligatum adduxit. Quem cum
Alexander uidiſſet: interrogauit cur regem ſuum ſimul & pro
pinquum & benefactorem Darium interfeciſſet: Ad quē Beſ
ſus non ſolum ſibi ſoli id agere uiſum fuiſſe reſpondit: ſed
omnibus qui circa Darium erant: ut īuenirent ſibi ſalutem ab
Alexandro: quibus dictis publice fuſtigatus eſt: & ī Bactra re
miſſus ut ibi moreretur. Sogdianā a Septentrionali parte Ia/
xartes claudit amnis: inter quem & oxum duos fluuios decur/
rere Ptbolomęus ſcribit Poletimetum & Iaxtem: qui ex mon
tibus oxiis in byrcanum mare deſcēdunt: inter oxii & iaxartis
boſtia nonnulli octuaginta paraxangas eſſe dixerunt. Perſicū

autem Paraſangam:alii ſexaginta ſtadiorum fecere:alii tercen torum quadraginta:qualem amplitudinem uix omnē Scythiā crediderim continere. Eratoſthenes his aduerſus eſt:qui ut ait ſtrabo ab oxii fluminis hoſtio apud hyrcanos ſito uſque ad Iaxartem fluuium duo millia & quadrīgenta ſtadia intercurrere affirmat. Alexander de ſuo nomine ultra oxum amnem duas urbes condidit: Alteram uerſus Septentrionem: Alterā uerſus orientem in uandabanda regione ab hyrcania uſque in Sogdianam ad orientem eunti ſolem intra thaurum & Iaxartem fluuium quęcunque gentes occurrunt primo perſis:deinde Macedonibus:poſtremo partis ſubiectę fuerunt. Romanorum ſigna raro apud eas uiſa ſunt:quanuis magis nauigationem per oxum & hyrcanum pelagus uarro cōmemoret:quę ultra Iaxartem ad ſeptentrionem recedunt intactę remanſiſſe uidentur: In quas Alexander expeditionem aggreſſus: propter Beſſum & Spittamenem:qui ad eos confugerant. Beſſo captiuo ad eū deducto & Spittamene a Barbaris interempto deſtitit ab incoeptis:cuius in Bactrianam reuerſi horrendum ſcelus cōmemoratur:occiſi īter bibendum Clitiamici ueteris & colactanai fratris non aliam ob cauſam niſi quia Philippi laudes pertinacius tueretur: ſed uini magis quam hominis fuiſſe crimen poenitentia docuit mox ſecuta quando ęgre retentus eſt:ne ſe occideret occiſor amici. Bactria ſub imperio macedonum qui perſas deleuere uſque ad ſecundum Seleucum Antiochi nepotem retenta eſt. Tūc uero Theodotus p̄fecturę titulum mutauit ī regnum: & ſe regem uocauit. Reliquitq; ſucceſſorem ſui nominis:qui cum arſace pthorum rege contra ſeuleucum ſe coniunxit :regnumq; tutatus eſt:quod ſub eucratide ad magnam gloriam peruenit. Is enim cum obſidionē Demetrii regis indorum pateretur audacia inaudita cum trecentis militibus ſexagīta hoſtium millia aſſiduis eruptionibus uicit: & quinto menſe liberatus magnam indię partem in poteſtatem ſuam redegit. Vnde cum ſe reciperet a filio quem regni ſocium fecerat in itinere interfectus eſt:qui uelut hoſtem non patrem interfeciſſet

per ſanguinem eius currum egit: & corpus abigi in ſepultum iuſſit: & in Bactriam Sogdianorum ídorum & aliorum bellis fatigati tādē uelut ex angues oppreſſi ſunt. Aria bactrianę cō termina eſt ad meridiem & monti ſubiecta: qui Bactrianā ha bet & hyrcania ſex millibus fere ſtadiorum abeſt: ipſi autem arianę ad auſtrum aracoſia ſubiacet uſque ad indum flumen de quibus alio loco dicet̃. Margiana Bactrianis ad occidentē iacet: & campis deſertis ambitur. fama ē anthiochū cui ſother cognomentum fuit: loci naturam admiratum magnā terrę ptē muro circuncluſiſſe: cuius ambitus mille & quingentorum fu erit ſtadiorum: & urbem Anthiochiam condidiſſe. Vites hic optimas inueniri quarum truncum uix duo uiri complecti q̄ ant: racemnmque duorum fere cubitorum. Ptholomęus Tapi ros ultra margianos ad orientem poſuit: Strabo inter Derbitas & hyrcanos habitare putauit: quibus mos fuerit proprias uxo res aliis uiris nuptui cōcedere. cum duos tres ue filios ex eis ſu ſcepiſſent: quemadmodum apud Romanos cato ídigenti hor tenſio Martiam conceſſit. Hyrcaniam ualde opulentem eſſe dicunt: & magna ex parte planam pręclariſſimis urbibus ador natam: quarum Talabrotam & Samariam & cartam & Tapen paulo ſupra mare ſitā extollunt. Opulentię ſignum adducunt quid uitis uini metretam afferat: ficus ſexaginta modios fru mentum ex ſemine naſcatur quod cadit ex culmo: í arboribus mellificet̃ perfluatq; mel ex foliis: nec in his opus ſit diligen tia: illud admiratione dignum quod ab Eudoxo: & ab aliis de hyrcania ſcribitur ripas quaſdam cauernoſas ſtare ante mare: humili interiacente littore & ſuperioribus rupibus flumina de currere: tanta ui delata: ut cum ad ripam peruenerint aquam í mare iaculentur: ſubiectum littus aſpergine intactum relin quentia: ut etiā exercitui unda tecto paruum ſit ídigenas í eū locum epulandi & ſacrificandi gratia ſaepe deſcendere: & íter dum in antris diſcunbentes: Interdum ſub ipſo fluctu apricā tes: alio atq; alio modo oblectari: cum ſimul hinc mare pateat hinc littus propter humorem herbidum floridumq; cōſpiciat̃:

Nobilitatem huius gentis hinc licet intelligere: quod uicino mari ab ea nomen est inditum in hyrcania rex gerenti Alexandro Thalestris regina Amazonum: quam alii Minithеam uocant: cum trecentis mulieribus occurrit trigintaquinque dierū inter confertissimas gentes itinere facto liberos ex rege quęsitura: cuius conspectus aduentusq; omnibus admiratōne fuit: propter insolitum foeminis habitum ob hoc tredecim diebus rege datis ut est uisa uterum implesse discessit. Hoc mare quod hyrcaniam abluit: Ptholomęus (ut ante diximus) lacū esse affirmat undique terra conclusum: cuius Septentrionalia Scythę occupant: Australia moedi atque hyrcani: qui & orientis partem attingunt: cum Margianis Derbitis ac Rhibiis occidentalia Armoenii Albanique ambiunt: quorum pars Septentrionē attingit. Policletusquoq; ut affirmat Srabo lacum esse & dulces aquas habere: & serpentes nutrire hoc pelagus asseruit: in eo uero maxime errauit quod unum esse cum Mœotica palude existimauit. Inde coniecturam faciēs: quia Thanais in ipsū emittit: nō animaduertens duos īuēiri hui9 nomīs amnes ut ante diximus. Quod si Mœotidi iungeretur hyrcanus sin9 nequaquam lacus est cum Meotis ab euxino ponte marinas aquas accipiat. Pontus uero per helespōtum: & mare nostrum ab herculeo freto salsis impleatur undis. Plinius ueronensis Iulius solinus Strabo Capadorū Priscianus Caesariensis & alii complures hyrcanum pelagus occeani Borealis sinum esse tradiderunt. Ex quo liceat usque in orientem & mare indicum nauigare: aiuntq; ab occeano meridiē uersus recedere ab initio arctum in progressu dilatatum: & pręsertim ī ultimo recessu: ubi a quinque millia ferme stadiorum latitudine patet: & hostii utramque ripam tenere Scythas: reliqua littora aut Scythas aut similes Scythis: quales hyrcani sunt: albani: Clusi: Narisci ac Mardi. magnitudiuem huius maris Patrocles pontico similem existimauit. Plinius auctore Claudio refert id terrę spatium quod īter Meotim & hyrcanum iacet pelagus centum quīquaginta millia passuū continere: idque perfodere excogitasse

Nicanorem Seleucum quo in tempore a Ptholomęo ceraunio ſit interfectus. Verum alii tercenta ſeptuagintaquinq; millia paſſuum id eſſe exiſtimant. Cornelius nepos ducenta quinquaginta millia: quod alii centum & quinquaginta millibus paſſuum: Alii paulo amplius contineri dixerit magno errore: neq; enim retro Meotim ad Boream Hyrcanus offertur ſinus ut illis niſum eſt: ſed Pontico mari ad orientem occurrit biſtinumque Colchi hyberi & Abani inter duo maria obſidet: nec longum iter ab Euxino ponto per hunc biſtinum & hyrcanum pelagus ad indiā tranſeunti pagendum: Plinius exiſtimauit: quem ſecutus Iulius ſolinus Pompeium magnum octo dieb9 ex India ad Bactros uſq; Alierum flumē perueniſſe affirmat: quo influit oxum per quem mare Caſpium ingreſſus ad Cyri amnis hoſtia penetrauit: qui armęnię & hyberię fines īterluit: a Cyrro uero diebus non amplius quinque terreno itinere ſubuectis nauibus ad alueum phaſidis pertendiſſe: Atque inde in pontum Sororia. Strabo dicit qui multas indię merces teſte ariſtobolo in hyrcanum mare per Ocbum Amnen deuehi tradidit: deinde in Albaniam atque per Cyrrum & ſequētia loca in Euxinum & ocbum in oxum putat exonerari: quę duo flumina hyrcaniam irrigare cēſet: & niſeam partem eſſe hyrcanię per quam ocbus decurrit: quem Ariſtobolus nauigabilem eſſe retulit: & omnium fluminum maximum quę ipſe in Aſia uiderit pręter indica. Sed hoc iter multo breuius eo eſt: quod per ęgyptum & Arabiam multaſque alias gentes ducit in indiam: neutrum tamen hodie noſtratibus eſt apertum: qui terrę formā noſtra tempeſtate figurant. Ptholomęo conſentiunt: & lacus ſpeciem hyrcano concedunt. Solinus xenophontem lapſacenū auctorem facit a littore Scytharum: & quo ſinus irrumpit hyrcanus Abaltiam inſulam triduo nauigari: cuius magnitudo immenſa: & pene ſimilis continenti exiſtat: nec longe oenas ſeparari quas qui habitent uiuant ouis auium marinarum: & auenis uulgo naſcentibus propter quas & alias cōſtitutas: quarum indigenę humana uſque ad ueſtigium forma in equinos

desinant pedes. Ferunt & alia pleraque quę tanquam fabulosa relinquimus: apud hyrcanum pelagus desinit.

Sic prima pars. & secunda incipit in occidentali littore: quę usque ad paludem Meotidem & Amnem thanaim extenditur inter mare Ponticum iacens & occeanum Septentrionalem. Ptholomęus hanc partē ab orienti Ras flumīe clausit: & hyrcano mari cui negauit ī occeanum patere exitum: & omnes Sarmatas Asianos appellauit: qui hanc terrā incolerent: pręter colchicos hyberos & Albanos atque alios q̄ citra caucasum Coraxēque montem ad meridiē siti sunt. Sarmatas autem in plurimas gentes: & multa nomina diuisit. Vltimos ad Septentrionem hyperboreos posuit: & sub eis Basylicos: deinde Zachatas suardenos Chenides & magis ad meridiem perhierbidorum numerosum genus: quorum sedes illic eē ostendit: ubi Ras fluuius ad occidentem solem & Tanais ad orientem maxime uergunt: sibique inuicem propinquiores existunt. Sub his uersus meridiem & ultra hippicos montes Siracenos collocauit: Iaxamatas persessios & Melandanos apud quos mitridatis regionem fuisse arbitratur. Rursus ad orientem Ras flumini proximos: & ultra Ceraunios montes Sapothremos posuit: & sub illis paululum australiores Scymnitas & Amazones de quibus postea dicemus: quando imperium fama est eas q̄ maximum obtinuisse: Ceraunios montes partē esse Caucasi versus Septentrionem uergentem: Quibus proximi sint ad orientalem plagam Vali: Serbi: Diduri et udę: ad occidentalē Sacani et Tusci prope Sarmaticas pilas: ubi a caucasiis iugis Ceraunia uidentur obrupta. Forsitan et hinc Tuscorum genus ortum qui Etruscos ex Italia pepulerūt. Tria flumina in hyrcanum pelagus ex Caucasio monte cadere Ptholomęus ostendit: Hudonem qui Septētrionalior est: Alontem et Saonam: et interia Olondas et Isondas co locat: et citra Soanā gerros. Inter caucasium montem: et Vardanum amnem Sananeis et Agoritis sedes dedit. Vltra Vardanum uersus Psatin fluuiū: et Boream Conapsenos Arinchios Metibos Zinchos

& Asturicanos memorat. Vlterius Tirambas & marubio flumini proximos Themeotas fluuios ex Asia in Meotim magnos decurrere: pręter Tanaim octo dinumerat. Inť quos Vardanus australior est: Marubius Septentrionalior: cui proximus est Rhombites maiori: deinde Theofanus: postea Rhombites minor: Dehinc acticies & Vardano propinquior. Psathis multa est inter ueteres discordia: quam íde nasci arbitramur: quia nec mõtium: nec fluminum: nec gentium nomina perseuerãt: & prouintiarum regnorumque termini multam uarietatem accipiunt a Strabone: qui sub Tyberio Caesare uixit usque ad Ptholomęum Alexandrinum: qui per tempora Antonini Pii situm orbis descripsit. Haud equidem magnum tempus est: & tamem tanta nominum uariatio intercessit: ut paucissimos scytharum populos ex his nominari uideamus: apud unum quos nominauerit alter. Sed ad rem redeam9. Strabo Cyrrum Amnem: & Araxem: & hyrcanum pelagus ab occidentali plaga immittere arbitratur: & Araxem per Armoeniam: Cyrrum per hyberiam & Albaniam decurrere: & ab hostio Cyrri per Albanos hyberas: & Colchos a mari in mare tria fere stadiorum millia esse: & histini rationem obtinere huius partis quam describimus. Possidonius hanc histinum mille & quingenta stadia cõtinere putauit: quantum inter Pelusium est & mare rubrum tantundemque spacii a Meotide in Occeanum esse censuit. Indignus fide quanuis Pompeio familiaris fuerit: & res eius scripserit. Albani in hac descriptione primi occurrunt: quos pastorales fuisse constat: & nomadico generi proximos non tamẽ uagos: atque idcirco minus bellicosos. Inter Hyberas & mare Caspium hi habitant ab ortu solis mari cõiuncti ab occasu hyberię finitimi & reliquis lateribus. Boreale caucasis montibus munitur: qui campis imminentes: & mari plurimum coniuncti Ceraunia uocantur ut Strabo putauit: & complures alii quã uis Ptholomęus (ut ante diximus) aliter sentiat. australe latus armoeniam contingit: quę partim campestris est: partim montana: Sicut & Cambisena ad quam Armoeni simul: & hyberi

& Albani coniunguntur. Cyrrus per albaniam fluit: & alia flu
mina q̄ quanuis eum augent fęcundioremque terram exhibēt:
mare tamen confundunt propter limum quē afferunt. Raxes
prope emittit: asper ex Armoenia cadens: Sed quem limum
propellit alueum paruum faciens eum Cyrrus repellit: homi-
nes in Albania inertes fuisse feruntur: nam qui ibi militarunt
Cyclopicam eos degere uitam dixerunt: & terram omnis gene
ris fructum etiam domesticum afferre: & Stirpes omnes & ea
quę semper uirent: & quanuis ne minimam quidem culentem
habeat: bona tamen omnia sine statione & inaratam gignere:
multisque in locis semel satam bis terque fructum reddere: ac
primo quod modios quinquagenos: idque minime renouatam
aut ferro p̄roscissam: uineas ineffossas manere quīqueniis pu
tari imbimatu nouellas fructum ferre adultas tantam reddere:
ut pars maxima in palmitibus relinquatur: mira res cum Ptho
lomęus Albaniam in sexto climate ponat. Pecora cum mitia
cum agrestia pulcherrimos edere foetus aiunt: staturam homi-
num pulchram et magnam esse. Simplex mortalium genus mi
nimeque Cauponarium nummi usum magna ex parte ignora
uerunt: neque numerū ultra centenarium nouere. Cōmertia in
ter se mercibus facere: in cęteris quę ad uitam pertinent iner
tes exquisitorum ponderum ac mensurarum totiusque ciuili
tatis et agriculture prorsus ignari: si quando ad bella prodie
runt expediti: & armati ut Armoenii fuere. Exercitum maiorē
emittere consueuerunt quam hyberes: nam peditum ad sexa
ginta millia: equitum ad uiginti duo millia contra Pompeium
magno suo damno armauerunt. Iaculatores sunt: et Sagittarii
Clipeos et Toracas habentes: et quēadmodum hyberi firmas
galeas hos Nomades ab exteris defenderunt sicut Hyberas et
hisdem de causis. Aliter uero sępe eos adoriebantur: nec sine
bant agriculturam exercere. Deos Albani solem et lunam gen
tili dementia coluere. lunę templum hyberię proximū sūma re
ligione colebāt: cui sacerdos honore pꝰ regē secūdꝰ habebat̄ et
sacris seruis: et sacrę regioni p̄erat: q̄ multa fuit et hoībꝰ plena

Seruorum quidam afflati numine uidebantur:et quodammō diuinare qui plurimū numine correptus fuit: diu p̱ siluas sol' errauit exin sacerdos comprehensum sacra cathena deuin xit: ac per annum sumptuose aluit:postea ad sacrificium deę cum aliis hostiis mactandum produxit:tumq; negotii quidam gna rus sacram hastam tenere:qua mos fuit hominem mactari: ex multitudine procedens illam in conserui afflati p̱ latus adegit: & cadente seruo q̄dam diuinationis signa captauere atque in cōmune prętulere:Corporeque in locum quēdā delato omnes super illud transiere.sic enī stulta natio & a demonibus posses sa expiari:si quid peccati fuerat arbitrabatur.S nectus honore precipuo apud albanos fuit:non parentum modo: sed etiam re liquorum cum mortuis pecunias defodiebant:nec aliam defun ctorum curam gerebant.Strabo sex & uiginti linguas Albano rum fuisse tradit: & totidem aliquando reges:postea ad unius imperium cuncta rediisse terram serpentia quędam lętifera gi gnere:& Scorpios & araneas quarum q̄dam ridendo mori co gunt:quędam flēdo desyderio suorum:quemadmodum de ta rantulis in Calabria rumor est, Et Caspianam & albanos perti nere aiunt eiusdem nominis cum gente Caspia: que pastea ob scurior facta est:& mare Caspium attingit.Ingressus ex hybe ria in Albaniam per Cambisenam patuit regionem asperam & siccam:quanuis flumine Alazanio pars eius irrigetur. Albani & eorum canes excellentes uenatores fuere studio: magisque arte originem eorum ex Iasone ductam existimant:qui cū Ar moenio Thesalo in colchos nauigauit:& usque ad mare Caspi um per hybeream & Albaniam processit:& Armoenię ac hybe rię multū pagrauit.Sicut Iasonia & alia complura monumēta testāt. Trogus Pōpei9 Albanorū originē italicā dicit:asserēs Albanos herculē ex Italia ab albano mōte cū Gerione extīcto armenta eius per Italiā duceret secutos fuisse:& originis Itali cę memores exercitū Cn. Pompeii bello mithridatico fratres salutauisse.Albania sub impio p̱sarū fuit:postea macedonū: deinde romanorū.sed traianus impator his regem dedit:nunc

Strabo sex et viginti linguas albanorum fuisse tradit et totidem al. reges

Serpentia Scorpios et Araneas que quedam ridendo mori cogunt ut in calabria de tarantulis rumor est

T. P. albanorum originem ytalicam dicit

non satis certũ est cui pareant quanuis sub regno magni canis degere credantur: ab his Albani orti sunt: quorum pars hodie in Peloponeso: pars in Macedonia sedet iuxta dynachiũ: quorum dux est Georgius Scanderbei qui multa per nostram ętatem aduersus Turcos pro christi nomine pręlia gessit: magnanimus & ĩuictus copiarum ductor: in Gotthorum exercitu fuere: cum illi gręcorum imperium afflixerunt. Deinde lõge militię affecti tedio in adriatico littore consederunt Theophanes qui cum Pompeio militauit: & Albaniam procurrit. Inter Albanos & Alazonios habitare Gelas & Legas dicit: & inter hos & amazonas Mermandalim delabi fluuium: Metrodorus scepsius & Ipsicrates locorum nõ ignari (ut strabo refert) Amazonas Septentrionem uersus Garganensibus finitimas tradiderunt: Sub radicibus montium Caucasiorum qui Ceraunia uocantur: cum quib9 & Ptholomęus sentit qui eas (ut diximus) inter Ras fluuiũ & ceraunia iuga collocauit: quãuis de Ceraunijs paululum discordare uideatur: de Amazonibus multi meminerunt: & apud gręcos & apud latinos non poetę solum q fabulosa tractant: Verum etiam historci: quos a uero recedere turpissimum est: Trogus Pompeius iustino testeduos regios iuuenes ex Scythia pulsos per factionem optimatum iuuentutem ingentem usque in Capadociam & Amnen termodontam subiectosque Themiscirę campos secum traxisse affirmat: ibique per multos annos finitimos spoliare assuetos: postremo conspiratione populorum trucidatos: Sed uxores cum uidissẽt exilio suo additam orbitatem arma sumpsisse: finesque suos summouentes primo: mox etiam inferẽtes bella defendisse nubendiquoque uicinis animum omisisse: seruitutem non matrimoniũ appellantes: & ne foeliciores aliis alię uiderentur: uiros qui domi remãserũt intẽfecisse: ultionẽ cęsoꝝ cõiugũ excidio finitimorum cõsecutas: deĩde pace armis q̃sita ne gen9 ĩteriret cum circunstantibus populis cõcubitum iniuisse: si qui mares nascerentur interficientes: foeminas non ocio aut lanificio: sed armis & equis & uenationibus excercentes: inustis infantinm

Amazones

Duas reginas
Marthesiā
Lanipedonē

magna pars Europe subacta fuit ab amazonibus & alie multe ciuitates

barbaros int̄fecerunt reginā Marthesiā & successit filia eius orithia que p̄ter singularē belli sciā ī oē euū uirginitatē custodiuit

Hercules ix nauibus fuit ad amazonas

cepit duas sorores s. Menalippē & hypolitē dicā ī. hypolitē

post orithiā reginā pentasileā ꝯ. in troia ī[ter]fecta

Talestris

dexterioribus nāmis ne sagittarum iactus impedirētur:unde
Amazones dictę sūt.Duas quoq; his reginas fuisse marthesiā
& lanipedonem q̄ uicibus bella gererent:& se marte genitas p̄
dicarent :a qbus magna pars Europę subacta sit:& Asię mul
tę ciuitates occupatę:ubi Ephesum & alias pleras q; urbes con
diderint.Sed cum partē exercitus domū dimisissēt:reliquas q;
ad tuendum Asię imperium remanserant : concursu barbaro-
rum cum regina Marthesia interfectas:In cuius locum filia ei9
orithia successerit:cui p̄ter singularem belli scientiam eximia
in omne ęuum uirginitatis admiratio fuerit. Herculem cui im
peratum erat ut arma reginę Amazonum ad regem deferret
tanquam impossibile id esset eo profectum longis nouem na-
uibus comitante Principum gręcię iuuentute inopinantes ag
gressum uoti compotem factum : duas tūc sorores regnum te
nuisse Anthiopem:& orithiam q̄ foris bellum gerebat:cū Her
cules ad littus Amazonum applicuit:Quę domi manserant re
pētino tumultu excitatas arma sumpsisse:Sed facilem uictori
am hostibus dedisse:cęsas captasque fuisse:& in his duas anti
opę sorores Menalippem & hyppolitē Theseum captiuā hyp
politem uxorem duxisse :ex qua genuit Hyppolitum:qui no-
uercę fraude periit . Herculem Menalippem captiuam sorori
reddidisse:& precium arma reginę accępisse:atque ita functū
īperio ad regem redisse. Sed orithiam ubi comperit sorori bel
lum illatum:& raptorem fuisse athenien sium prīcipem :horta
tam in ultionem Comites auxilium a Sigilo Scytharum rege
petisse:ex cuius genere orta esset:ab illo filium Panaxagorum
auxilio missum:Sed ante prelium dissensione orta ab auxiliis
desertas bello ab athenien sibus uictas fuisse:receptaculum ta
men habuisse castra sociorum:quorum auxilio intactę ab aliis
gētib9 in regnū redierīt.Post Orithiā regno potitā fuisse pen
tasileā cui9troiano bello magna uirtutis documēta extiterint:
qua ītfecta:& assūpto eius exercitu paucas q̄ domi remāserāt
ęgre se aduersus finitimos defendisse usq; ad alexādri magni
tpa:cū Thalestris(ut ante dixim9)ad eū ī hyrcaniā uēit. Hęc

Trogus p. narat de amazonibus
ut sup̄ dictū ē

Trogus de amazonibus. Sed quid Diodorus de his ſcribat nō incōgrue referēdum eſt. Sic enim duorum auctorum q magni habentur quanta ſit uel concordia uel diſcordia cognoſcemꝰ. Diodorus penes Termodontam fluuium primo gentem Amazonum fuiſſe oſtendit: quę uiris ſimiles corporeis uiribus: & bellicis artibus pręſtarent. Earum reginam exercitu mulierum coacto nonnullas uicinas gentes expugnaſſe filiamque genuiſſe: quam martis filiam appellauerit uiros ad texturam: & muliebria exercitia deputaſſe: lege edita: ut ſolę foeminę in re militari erudirentur: uiris īterdicta eſſent arma: maribus qui ex eis naſcerentur: quo bello inutiles fierent: crura & brachia debilitaſſe: foeminis dextram inuiſiſſe mām̄am: a regina urbem prę claram in hoſtio Termodontis fuiſſe conditam: & Themiſcyram appellatam: atque in ea inſignem regiā magno ſplendore erectam ab hac propinquas gentes uſque ad Thanaim fluuiū domitas fuiſſe: cui in pugna cadenti filia ſucceſſerit matre prę ſtantior: quae ultra Thanaim exercitu traducto omnes eius orę gentes ad tratiam uſque deuicerit: domumque reuerſa magnifica deis templa cōſtruxerit: & ad alteram fluminis partem uerſis armis: Aſiamque uſque Aſyriam bello ſubegerit. Multis poſt ſęculis uulgata Amazonum per omnem orbem uirtute herculi ſemeles ac Iouis filio ab Euriſteo mandatum fuiſſe: ut hyppolitę Amazonis Baltheum ad ſe deferret herculem illato bello acieque profligatis Amazonibus uictam hyppolitam cum baltheo cępiſſe: quo pręlio amazonum regnum cęciderit. Siquidē barbarae gētes cōtempto earū nomīe & iniuriarū memores: adeo amazones continuis bellis cōtriuerūt ut ipſarū nomen & genꝰ extīguereť: quāuis paulopꝰ herculis expeditionē pāthaſilea troiano bello ab achille īfecta fuerit: qbꝰ ī rebꝰ quātū a trogo differat diodorꝰ diligēs lector facile metieť: Ephorꝰ Amazones inter myſiā cariā ac lydiam prope cumam patriam ſuam habuiſſe ſedes arbitratur: foꝛſitam aliquando ibi habitauerunt ubi Ephesum Smyrna cuma & magneſiā cōdidere Sed ęolibus & ionibꝰ poſtea ceſſere cu qbꝰ āte troianū bellum

Gargarēses ꝗ amazonib; e themisira ꝫ i ulteriorē Scitiā migrauer͞t

Priamus in ſocietate ionũ belligerauit :ut Homerus affirmat. Sunt qui Gargarenſes cum Amazonibus e Themiſyra in ulteriorem Scythiam migraſſe ferunt:poſtea ab illis diſciſſos cum Tracibus & Euboibus quibuſdã errabundis aduerſus eas bellum geſſiſſe. Quo compoſito his inter ſe conditionibus cõuenisſe ut in filiorum prole comunicarent : uiuerent autem utrique ſeparatim. Amazonum alias his ĩtentas fuiſſe q̃ ad arationem inſitionemque pertinebant : alias equorum uenationem ac bellorum curam geſſiſſe:arcu ſecuri & pelta utentes:galeas & ſubligacula & alia operimenta e ferarũ pellibus confeciſſe. duos his anni mẽſes fuiſſe ſacros:q̃bus montem proximũ conſcendebant : q̃ eas a gargarenſibus diſiungit : quo & illi more peruetuſto conuenientes ſacrificabant:& ꝓlis gratia cum mulieribus coibant:idque obſcure: & inter tenebras in quaſcunq; inciderent. Quę ſi foeminam peperiſſent apud ſe retinebant: Si mares gargarenſibus tollendos reddebant. Vnde propter ignorantiam ualde ſe inuicem diligebant:cum quęlibet affinẽ ſibi quamlibet exiſtimaret. Strabo de Amazonibus non ſatis certam ſententiam fert:& quod Thaleſtris regina prolis gratia cum Alexandro in hyrcania permixta fuerit incertũ dicit: & rerum ſcriptores inter ſe diſcordare:nec fide dignum eſſe Clitarcum qui Thaleſtrim ſcribit a caſpiis portis:& Termodonte ꝓfectam ad Alexandrum ueniſſe :cum Caſpię portę ſupra ſex millia ſtadiorum diſtenta Termodonte:nec ueriſimile cenſet uel exercitum uel ciuitatem:uel gentem unquam ex ſolis mulieribus conſtitiſſe:quae ſua cuſtodierint & aliena inuaſerint. Viciniſque ſubactis uſque in Ioniam proceſſerint : & exercitum tranſpontum in atichàm miſerint : quod perinde ſit ac ſi quis dicat uiros tunc mulieres fuiſſe:& mulieres uiros:ſuo autem tempore paucos fuiſſe qui traderẽt ubi amazones eſſent: & id quidem ſine demonſtratione. Nobis non impoſſibile uidetur quod priſci ſcriptores de Amazonibus tradiderunt: qui & in Boemia tenuiſſe foeminas prĩcipatum legimus:& in ungaria maría uiriliter imperaſſe.Quę nõ reginam ſed regẽ ſe

i m. ascēdebāt ꝗ gargarēsib; coibāt

i boemia feminas hēt principatū

Mariā i hūgaria nō reginā sꝫ regē se apellauit.

appellauit. In regno neapolitano duas iohãnas rerũ potitas sci m⁹: quarũ altera nr̃a ętate: altera pauloante res magnas gessit. Sed puella francię de qua suo loco dicemus non parum dubietatis aufert: cuius ductu saepe anglorum copię nostro ęuo profligatę fuerunt: Sub Claudio imperatore secundo qui de Gothis magnificentissime triumphauit: decem mulieres ante currum ductę fuerunt: quę in bello captę uirilem habitum gestabant: & Amazonum genus esse putabantur. nunc de his nulla cognitio apud nos est: nec affirmare tam uetusta neque negare audemus: nec miramur antiquissimarum rerum scriptores inter se discordare: quando nec nouissima uno modo referuntur. Ex his quę prisci scribunt illud cõstare uidetur. Amazonas primo Themiscyram & subiectos Termodonti campos & imminentes montes incoluisse: postea inde pulsas in Scythiam migrauisse. Vnde illarum erat origo: atque id asserere trogus uidetur: qui Albanis uicinas Amazones dicit: & Thalestrim reginam inde ad alexandrum uenisse putat in hyrcaniã. Mermedonas amnis ut Straboni uidetur: e montibus descendens per Amazonum regionem: & Syracenam & loca intermedia quę deserta sunt in Meotim emittit: quod multũ est Ptholomęo aduersum qui aquas per Amazonum agros fluentes in Ras fluuium: & hyrcanum pelagus decurrere quodammado ĩdicare uidetur: nisi montes aliqui ex Amazonibus in occidentem inclinent. Ex quibus Mermedonas ortus longissimo cursu Meotĩ perquirat: nõnulli q̃ nostro tẽpore orbẽ figurauerũt Amazones insulam habitasse designant quam fluuius efficit quem Edil appellant: hũc esse Ras arbitramur cuius supra meminimus. Hyberia post albanos ad occidentem occurrit: cui ad Septentrionem nomades adstant: & caucasii montis accolę ad meridiem Armoenia est ad occidentem colchis. Tota regio Caucasiis montibus circundatur. nam cubiti quidam fertiles ad meridiem procurrunt: qui uniuersam hyberiam comprehendentes: sese ad Armoeniam & colchidem coniungunt: Planitiem in medio relinquentes fluminibus irriguam: presertim cyro qui ortũ ex armoenia trahens planitiẽ ĩpam ĩgredit & aragũ

amnē a Caucaſo defluētem: atque alias aquas in ſe recipiens p anguſtā fluminis regionem euadit in albaniam: inter quam & Armoeniam multus in latus per uberes campos compluribus fluminibus auctus: e quibus alazonius & alia tria nauigabilia ſunt in mare caſpium erumpit. Quatuor aditus in hyberiam ducunt admodū difficiles ex colchide per medios Sarapanos itur: & anguſtias montis per quas Phaſis excurrit centum ac uiginti pontibus tranſmeandus. hic amnis propter flexiones aſper ac uiolentus ex hyberia in colchidem fertur conuallium torrentibus multo hymbri adauctis: & propē imminentes mō tes arctus quamplurimis impletur fontibus. In campos autem delatus alia & alia in ſe recipit flumina: e quibus eſt Glaucus & hyppus quibus auctus ac nauigabilis factus exiit in pontū: ſecus eum urbs iacuit eiuſdem nominis & lacus nō procul adi tus: igitē ex colchide in hyberiā huiuſmodi eſt Petris munitōni bus fluminibus & conuallibus clauſus: nec minus difficilis ex Nomadibus patet: ſeptentrionem uerſus trium dierū itinere: deinde anguſta regio circa flumen Aragum dierum quatuor: cuius uię finē murus inexpugnabilis munit. Ex Albania pri mo aggreſſus eſt per petram exciſam: de hinc per ſtagnum qd amnis efficit: cadens ex caucaſo: Ex Armoenia per Anguſtias itur quę ſecus Cyrum ſunt: atque Aragum qui priuſquam in- uicem cōcurrant duas urbes natura munitas ambierunt: Quę ſaxis impoſitę ſexdecim inter ſe ſtadiis aberant: propter cyrū Armozicam propter Aragum ſeu Samoram. Pompeius ex Ar moenia mouens hoc itinere uſus eſt. Et poſt eum canidius hy- berię campos agricolę habitant homines ad pacem intenti: Ar moenico & medico cultu Montanam regionem pars eorū ma xima ac Bellicoſa. Scytharum more uiuentes quorum cognati ſunt & cōtermini: Agriculturā tamen exercent: & cū tumult9 īgruerit: multa ex ſe atq; nomadibus hoīum millia cōtrahunt: fuitq; hyberia maxīa ex pte urbibus & habitatoribus plena & tecta fictilia habuit: & fabrefactas ędificiorū ſtructuras: & fo- ra & publica ornamēta: & ad ſextū clima ptinet ſicut albania.

Quatuor olī gn̄a hoīum apud hyberas fuere. Primū ex quo

reges duo deligebantur:alter qui propinquitate & ętate antece
deret:alter qui iura daret & exercitum duceret. Secundum ſa
cerdotum qui iura finitimorum curarent. Tertium militum
& agricolarum.Quartũ uulgi quod regibus ſeruiebat:& om-
nia quę ad uitam pertinent miniſtrabat. His omnia per famili
as erant communia: rem tamen tenebat qui ſenior erat. Ma-
gnus Pompeius hyberiam Romano imperio ſubiecit:quã ſub
Conſtantino Cęſare helenę filio uerbi dei foedera:& fidem fu
turi regni ſuſcepit.Mulier captiua tanti boni cauſam prętitit:
quę cum uitam pudicam duceret:& dies ac noctes in oratõne
conſumeret admirationi barbaris fuit: quibus ſciſcitantibus
cur tantopere ſe affligeret:ita ſe ſuum deum colere reſpondit
qui chriſtus eſſet. Nihil ex hoc amplius admirati Barbari:q̃
nouitatem nominis mulierculam in honore habuerunt.mos
gentis erat paruulos cum ęgrotarent:per uicinas domos a ma
tribus circunferri: remedia exquirentibus. Mater quędam cũ
puerum aliquamdiu circuntuliſſet:nec ſalutare quicquam in-
ueniſſet:captiuã adiens eius opem petiit:Illa ſe humani nihil
ſcire teſtata eſt:ſed deum quem coleret chriſtum deſperatam
ab hominibus ſalutem poſſe conferre. Paruulumque Cili-
cio ſuo ſuper imponens & orationem ad deum fundẽs ſanum
matri reddidit.Impleuit urbem facti rumor:& ad reginam per
lapſus eſt quę dolore quodam afflicta uel captiuam ſe ferri cu
rauit:cum illa regiã domum ingredi recuſaſſet: reddita eſt re
gina ſanitati:atque ammonita ut in chriſtum crederet & eum
coleret:qui ſalutem prębuiſſet:rogauit regina uirum ut chriſti
anus efficeretur: qd quanquam ille promiſiſſet ſegnis tamen
erat:nec ſępius ab uxore commonitus baptizari curabat:nõ tã
fidei hoſtis:quam dubius contigit eum in altiſſimas ſiluas ire
uenatum: quocum perueniſſet coborta ſubito tempeſtate:
ita tenebrę cuncta operuere ut nec ipe comites cerneret:nec cer
neretur ab illis ignarus ꝙ ageret promiſſionis coniugi factę
recordatus eſt chriſtumque rogauit:ut ſi deus eſſet ex tantis e
periculis eriperet:nec mora dies reddita mundo eſt & rex ad ur
bem incolumis perductus:qui reginę quę geſta erant miraculi

loco expoſuit:uocatur captiua audit conſilium eius:illa reiiciẽ da idola:& chriſtũ colendum dicit eique ſupplicandum:& baſilicam faciendam:conuocato populo rex euangelium predicat:et nundum ſacris initiatus fit ſuę gẽtis apoſtolus:credunt uiri per regem: fęminę per reginam:cõſtruitur eccleſia magni operis:& eleuato pertinaciter murorum ambitu columnę collocantur: Sed prima ac ſecunda erecta: tertia nullis machinis erigi poteſt:nulliſque uiribus cum ad noctem uſque laboratũ eſſet recedentibus omnibus ſola captiua apud eccleſiam in oratione perſeuerat:poſtea die prima luce redeunte populo columna reperta eſt ſupra baſim ĩ aere ſuſpenſa quantum eſſet unius pedis ſpatium magnificauerunt omnes deum: ueramq; captiuę fidem recognouerunt:quibus mirantibus ac ſtupentibus ſenſim ſupra baſim ſuam nullo contingente depoſita eſt: & ſumma cum liberatione deſcẽdit.mox reliquę columnę magna facilitate erectę & collocatę ſunt pfecta eccleſia:& populi fide confirmata ſuadente captiua totius gentis legatio ad imperatorem conſtantinum mittitᷣ:res geſta exponitur:& ſacerdotes petuntur:qui coeptum erga ſe munus impleant. Ferunt cõſtantinum non minus hoc nuntio legatum quam ſi gentes Romano imperio incognitas:& ignota regna uiciſſet:Hyberis iocundiſſimo uultu ſatiſfeciſſe. Ruffinus in eccleſiaſtica hiſtoria hęc ſibi Bacchurium ipſius gentis regem narraſſe affirmat uirum fideliſſimum cum hieroſolimis ſecum humaniter degeret:ueri periculum ad eum referendum eſt. Hyberas hodie georgianos appellant: quorum legatio ad nos uenit: cum ex mantua Romam rediiſſemus:colũt & hi hodie chriſtum:quãuis procul ab apoſtolica ſede ueritatis magiſtra:& barbaris circumfuſi gentibus non omnem Euangelii puritatem ſeruant. Cochis ut placere ptholomęo uidemus monte coraxe a Septentrione clauſula eſt:quem caucaſi partem eſſe oſtendit:& nomades excludere ab orienti hyberia a meridie Phaſi flumen: & armoenię montibus ab occidente Euxino ponto in quem hyppum flumen cadere arbitratur:& inter eius hoſtium & Amnẽ Phaſim duo flumĩa decurrere in pelagus Cariuſtũ & Gancũ

Hiberas hodie Georgianos appellant
legatus eorum venit ad A. i mantua
colunt xpm
Hic incipit de colchis

& poſt hippum ultra Dioſcuriadem Septentrionem uerſus Coraxem fluuium in idem mare Exontrari qui ex monte ſui nominis oriatur. Strabo uero hippum cadere in Phaſim aſſerit: & Colchidem magna ex parte ad mare protenſam. Phaſim irrigare ingentem fluuium: qui ortus in Armoenia Glauco & hippo in ſe receptis: uſque ad Sarapanos nauigetur. Exinde pedeſtri itinere curribus uectos quatriduo in cyrrum proficiſci: ad Phaſim urbem iacere eiuſdem nominis colchorum Emporiū: quod ex alia parte amni procingitur: Ex alia lacu: Ex alia mari hinc biduo triduo ue amiſſum. Sinopemque nauigari: littora haec & fluminis hoſtia amoeniſſima eſſe regionem fluctibus & omnibus quę ad fabricandas naues pertinēt abūdare. Mel tamen frequentius amarum eſſe: linum Canabem ceram: & picem gignere linificium uulgatum: & multum in peregrina exportari loca: propter quod cognationē ĩter colchos & Egyptios eſſe quidam uoluerint. Plinius ueronēſis Animal ceruo ſimile barba tantum: & armorum uillo diſtans iuxta Phaſim Amnem: & non alibi naſci affirmat: quod Trage laphon uocatur: Secus phaſim leucotoę fanum fuiſſe quod phrixus condiderit: atque illius oraculum ubi aries non mactabatur: id olim diues habitum: deinde a Pharnace: & paulopoſt a Mithridate pergameno dirreptum: nam lęſa regione etiam diuina patiuntur: nec coli poſſunt ut Euripides ĩquit: uana garrulitas quę religionē pauperibus aufert. Deus & inopum & diuitum pater eſt: neque aliud ab homine quam uoluntatem requirit. Quantum olim colchis claritatē habuerit fabulae declarant Iaſonis exercitum innuentes: qui ad medos uſque proceſſit: ac prius etiam Phrixi expeditionem: poſtea cum reges ſuccederent: & regionē haberent in prouintias diuiſam mediocriter agebant. Cum uero Mithridatis eupatoris potentia uehemēter eſſet adaucta: tota ei regio paruit: a quo ſemp aliquis ex amicis regionis pręfectus: & adminiſtrator mittebatur. Strabo refert Moapherne matris ſuę patrum colchidis adminiſtratorem fuiſſe. Sed Mithridate ſublato regionem omnem quę ſub eo erat euerſam: & multis diſtributam. Polemonem poſtremo colchidē habuiſſe

atque eo mortuo coniugem eius Pithodorim q̄ & colchorum & Trapeſuntis: & Pharnatię & ulteriorum barbarorum regnū tenuit. Strabo exiſtimat montem Caucaſum pontico mari & caſpio imminere: Hyſtinumque munire interiacentem: byberiamquoque & Albaniam ab eodem monte diſterminari: Qui Sarmatas ad Septentrionem dimittit. Ptholomęusquoq; cau caſia iuga inter byberas & colchos procurrere arbitratur: & ab utriſque gentibus diſiungere: Sarmatas eratoſthenes eundem eſſe Caucaſum & caſpium exiſtimauit: & ab eo quaſi cubitos quoſdam ad meridiem procurrere: qui complectens byberiam Armoenis & moſcitis montibus coniungantur. Secadiſſe quoque & Pariadrę. Idemque ſentire Ptholomęus uidetur: & hos eſſe thauri partes: qui auſtrale Armoenie latus efficit: & ab eo quodam modo obruptas. Septentrionem uerſus uſque ad Caucaſum & maritimam euxini oram procurrere: quę a Colchide in Themiſciram tendit. Dioſcuras & Sebaſtopolis a Ptholomęo uocata eſt: ſicut Straboni placet: orientalis ſinum totius euxini pelagi ſignum obtinet: & extrema nauigatio appellať.
Vnde illud quod in prouerbio dicitur in Phaſim ubi curſus carinis ultimus: ſic intelligendum eſt: non quod poeta q iambicum fecit de flumine dicat: nec de urbe eiuſdem nominis: quę ad flumen iacet: Sed de tota Colchide. Nam de Phaſi uſque ad intimum Dioſcuriadis receſſum ſexcenta eſſe ſtadia putāt: & Dioſcuriadem initium hiſtini tenere: qui duo īter maria eminet. Ptholomęus uero Iambicum intellexit aduerbium: & intimum euxini ſinum ad orientem in Phaſis hoſtio terminauit: ibique hiſtinum incipere oſtendit. Dioſcuriadem uero Septentrionalem ponti ripam tenere non procul ab amne coaxe. Dixeruut aliqui qui res parum animaduertunt: ſeptuaginta: & quibus minor ueri cura fuit trecentas gentes apud Dioſcuriadem conuenire ſolitas omnes diuerſarum linguarum: propterea q̄ Sparſim & impermixte ob aſperitatem: atque intractabilitatē habitēt: quarum pleraque pers Sarmatę ſint. Vniuerſę tamen Caucaſię inter quas Pthiraphagorum natio fuit: cui nomen a Sordibus datum eſt: quibus proxíos Seranes eē Strabo putauit

nihil fama meliores quanuis robore prestarent. Vicinisque gē tibus dominarentur: eosque Caucasi extrema obtinere quę im minent Dioscuriadi. Ptholomęus Soanam fluuium quendam memorat: qui ex caucaso cadit in hyrcanum pelagus: a quo So anes dici potuerunt. Sed hi Albanorum extrema uersus Septē trionem colerent: ii quos Strabo nominat colchis īminebant: q ad Euxinum pertinent. Ferunt his regem fuisse: & trecentorū uirorum collegium: & quanuis in ordinatam gentem bellicosā tamen ducenta hominum millia in exercitum cogere consues se Torrentes apud eos aurum detulisse: quod perforatis tabu lis: ac lanosis pellibus excipiebant: atque hinc aurati uelleris confictam fabulam: & fortasse hyberes his cōtermini eodem nomine uocantur: quo occidentales ab auro quod apud utros que inuenitur. Soanes ueneno ad spicula mirifice utebantur: cuius tanta uis fuit: ut etiā odore ad modum lęderet. Reliquę gentes quę circa Caucasum iacuere tenuem habuisse regionē feruntur. Mosticos montes partim Colchi habuere: Partim hy beres atque Armoenii Polignium quod Phrixus in hyberia cō didit: id cessa postea dicta est: locus optime munitus altissimę ueri Caucasi partes ad austrum uersę: quę Albaniam hyberiā & Colchos: & Hemocos respiciunt: ab his habitanē quos apud Dioscuriadem conuenisse relatum est: nam salis gratia frequē tius cōueniebant. horum alii montium tenuere cacumina: alii in collibus habitauere: ferina carne & lacte uiuentes: montium uertices hyeme sunt ī accessibiles ęstate caligas bubulas ī tym pani modum latas calceati per glatiem ac niuem ascēdunt bar bari: & cū oneribus sup pelle dilapsis descendūt ad mōtis ima descendenti regio septentrionalior occurrit: mitior tamen quę Siracorum iungitur campis. Insunt etiam Troglodites quidam qui propter frigora habitant in cauernis & pane abundat. Post eas Cheanitę reperiuntur: & Poliphagi & aliorum quorundā uici agriculturam patientes: deinceps Nomades inueniuntur Paxani & Nabiani: qui inter Meotim caspinmque habitant: mox Siracorum Aorsorūque nationes: quas superiorū aorsorū

exules fuisse putant: magis ad Septentrionem expositas. Abeatus Syracorum Rex dum Pharnaces bossorum haberet equitum misit uiginti millia Spadies Rex aorsorum totidem superiores. Aorsi plura cum terrę plus haberent: & maxima ex parte orę Caspię imperarent: unde camelis iter agentes indicas: et Babylonias merces ab Armoeniis medisque accipiebant: atq; propter opulentiam auro adornabantur. Strabo Aorsos thanaim accoluisse tradit. Syraces Archedeum Amnem: qui ex Caucaso fluens emittit in meotim. Ptholomęus Aorsorum in hac plaga nusquam meminit: Syracenorum mentionem facit qđ ultra hippicum montem prope Ras fluuium iacere ostendit. Sed mutatis tēporibus gentes quoq; situs: & nomina mutāt. Thanais (ut ante diximus) Europę atque Asię terminus est: fertur q; a Septentrione Nilo contrarius: paulo tamen orientalior originem eius incertam aliqui putant. Ptholomęus ex montibus Riphęis prodire arbitratur: qui magis Australes sunt q̄ hyperborei. Nos hominem allocuti sumus Verona oriundū qui per poloniam & littanā ad fontes Thanais peruenisse se affirmauit: eosque transcendisse: & omnem illam Barbarię borealem perscrutatum. Is aiebat paludem esse non admodum magnam ex qua Thanais nasceret: qui duobus hostiis Meotim ingreditur: quę stadiis intra se circiter septuaginta distare ferūtur. Theofanes Mithyleneus ex Caucasis montibus oriri Thanaim existimauit: & in Septentrionem diu currere: Postea conuersum ad meridiem in Meotim emittere. Ferunt Gręcos qui Bosforum habuere ad flumen thanaim urbem cōdidisse: quā postea Polemo Rex depopulatus est: cum minus obtemperaret. Cōmune in ea Emporium erat Nomadum: Asię atque Europe: & eorum qui e Bosforo lacum nauigabant: quorum alii mancipia: pelles: & si quid aliud est nomandicum uehebant: alii uestem uinum et cętera: qui mitis uitę sunt propria onerabant. Nunc his locis propinquum est Venetorum Castellum quod Thanam uocant: unde & nobilissime pelles feruntur: & mācipia q̄ a Scythis emūt: quos appellāt carcasos. In meotide

insulam memorant Aleopetiam: quę mixtorum hominum do micilium fuit: stadiis centum a ueteri Emporio distans: ab ho stio Thanais quod magis orientale est: ad sinistram terrestri iti nere pergenti post octingenta stadia magnus Rhombites oc currit: ubi piscatio multa: & conditurę apta: pari deĩde ĩterual lo minor Rhombites se offert: non adeo piscibus abundans. Ptholomęus Rhombitem maiorem & minorem duo flumina esse dixit. Strabo promontoria significare uidetur: qui popu los ab eis Rhombitarios nominari asserit: & maiores insulas habere stationib9 plenas: minores operarios esse: & omnes uo cari Meothas non minus quam Nomades bellicosos & in gen tes plurimas diuisos: quorum qui Thanaim accolerẽt agrestio res essent: qui Bosforanis cohęrerent mitiorem uitam agerent. A minore Rhombito in anticetã flumẽ: & Tyrambem stadia esse sexcenta dixerunt: hinc in uicum cymbricum centum ac uiginti unde soluebant: qui lacum nauigabant. Ex quo fit ut longitudo Meotis per trecẽta fere milliaria esse uideatur a Bos foro cymerico usque in hostium thanais. Cymericum urbs in Cherõneso orientali fuit: quę fossa & aggere hystinum claude bat: nam Cymeri potentiam olim maximam in Bosforo habu ere: a quibus Cymericus appellatus est. Hi a ponti dextra medi terraneam regionem habitantes usque in Ioniam excurrebant. Sed a Scythis ex his sedibus pulsi sunt. Scythę a gręcis q Pan thicapeũ & alias in Bosforo urbes habitauere: a Cymerico usq; in uicum achilleum stadia uiginti numerabantur. Templum hic Achillis fuit iuxta quod angustissimum hostii Meotidis fretum ad stadia uiginti uel paulo plura patet: hinc ad Satyri monumentum stadia nonaginta esse dixerunt. Id fuit in ꝓmõ torio quodam positum hominis in bosforo clarissimi ac poten tissimi: cui ꝓximus fuit uicus patreus: a quo usque in choro cũdame stadia excurrunt centum & triginta: atque ibi finis est Bosfori: qui Cymericus appellatur: cuius longitudo stadiorũ est ducentorũ ac uiginti: in cuius initio in parte Asię achilleũ fuit: in parte Europę Minctum uersus Meotim uersus euxinũ

Meotide adeo concreta frigore ut pedibus permeetur.

in Asia Cyrocōdama in Europa uicus nomine aera Panthica-
pensis agri quę duo loca septuaginta stadiis īter se distabant:
huc usque glacies pertendit: cum riget hyems. Meotide adeo
frigore concreta ut pedibus permeetur. In his angustiis multi
fuere portus: & supra chorocūdā locus Chorocūdamentis ap
pellatus: qui decem stadiis a uico emittebat: In mari pars anthi
cetę fluminis abrupta lacum influens insulam efficiebat: quę
hoc lacu & Meotide & flumine undique abluebatur: & mari
Anthicetam nonnulli hyppanim uocauerunt: quemadmodū
& fluuium Boristeni ꝓximum. Vltra hunc lacum nauiganti
uersus orientem. Phanagoria olim occurrit ciuitas memoratu
digna: & coepi hermonassa & appaturum ueneris fanum. Pha
nagoria & Coepi in insula fuere: quicunque olim Bossori po
tentibus obediebant: Bossorani appellabantur: & alii Asiani:
alii Europei. horum metropolis Panticapeum fuit asianorū
fanarium: sic enim postea Phanagoria est appellata earum re-
rum Emporium quę ex Meotide: & ulteriore Barbarorum re-
gione importantur: earum uero quę mari aduehuntur Panthi-
capeum in Phanagoria templum fuisse insigne tradunt: uene
ris Apaturię fabulam afferentes: quod cum gigantes uenerem
adorirentur: illa Hercule inuocato: tam diu in lateribus quibus
dam latitauerit: donec gigantes sigillatim dolo excipiens occi-
dendos exhibuerit herculi. Nulla enī mulier tam sui corporis
ꝓdiga est: ut uim libenter admittat: & saepe dolis potētia suc
cumbit. Inter phanagoriam & Gorgophiam quīgentorum sta
diorum spatium ponunt: quod Aspurgitani habitauerunt: &
ipsi Meote: quos cum Polenio Rex simulata amicitia adorire
tur: nec id eos lateret: Sed contra instructi exirent: captus inter
emptusque est poenasque cogitati sceleris dedit. Bosphorano
rum duces ad Thanaim usque imperium protulere: prętertim
Pharnaces Cassander ac Polenio regionem a freto usque Gor
gophiam sindicam appellauere. Post Gorgophiam achei Zo-
gori & Emochi secuntur montana: & importuosa colētes loca
quę Caucasi partes sunt. His uita ex maritimis latrocinis fuit

Copi

Fl. āticeti Lacus

M. cau

lembos exiles: ac leues habentes hominũ uigintiquinque capa ces. Fama est Phthiocas acheos ex Iasonis exercitu Achaiam hanc habitasse. Lachonas uero Emochiam quorũ duces Rhac cas & Amphisastrus fuerĩt Castoris & Polucis aurigȩ: ii mari dominabantur more pirratarum: pdam Bosforanis uẽdentes: & ab eis comeatum accipiẽtes lembos humeris impositos in sil uis cum mare nauigari non poterat occulentes: tenue solũ arã tes. Vicini principes eorum iniurias ulciscebantur: Sed Ro manorum subditi propter negligentiam pfectorum sȩpe mul ti fuerunt. Hemochi quatuor reges habuere cum mithridates Eupator e paterno regno fugiens Bosforanorum regionem per meauit: Quȩ quidem ipsi puia fuit. Zigorum uero terram p pter locorum difficultatẽ atque asperitatem accedere diffisus ȩgre maritima ora profectus est: saepe mare ingressus: quous que in achȩorum agrum peruenit: quibus adiutoribus iter ex Phaside consumauit: ad quatuor fere millia stadiorum hanc Zigorum terram eam esse arbitramur: ex qua populi exierint: qui nostra ȩtate cum liberis & uxoribus europam peruagantur Zigari appellati: Insignes fures: & inter nostros homines No madum more uiuentes: a Chorocundame orientem uersus re cta nauigatio est ad stadia centum & octuaginta: ubi Sindicus portus & ciuitas cuius meminit Ptholomȩus: de hinc ad qua dringenta stadia sunt ea quȩ Batha nominantur: uicus & por tus ubi Sinope austrum uersus: huic orȩ plurimum uidetur op poni Ptholomȩus his amnem Psycãi ingredi mare arbitratur: & hic achȩos esse. Strabo Arthemydorum secutus certetarum oram esse tradit octingentorum: & quĩquaginta fere stadiorũ quȩ stationes & uicos habeat: de hinc Achȩorum regionem sta diorum quingentorum: postea hemochorum mille: de hinc Pi therintẽ trecentorum fere ac sexaginta usque Dioscuriadem to taque nauigatio a Chorocondame usque huc stadia comple ctitur tria millia centum & quinquaginta qui mithridatica cõ scripserunt (ut strabo refert) prius achȩos posuere: deĩde Zigos mox hemochos: post certetas & moschos & colchos & phthio-

phagos:qui ultra hos habitauere Thoonas:& alias circa cauca
ſum paruas gentes quę auſtralia caucaſi occupant:loca euxini
que ponti Septentrionale latus:ultra Caucaſum uſque ad occe
anum innumirabiles iacent gentes:quas ab occidenti Thanais
claudit ab oriēti ut Ptholomęo placet Ras fluuius :ut Strabo
ni Plinio & multis aliis lōgiſſimus Caſpii maris ſinus:omnes
qui hanc terram incolunt ſcytharum nomine continentur:quā
uis Ptholomęus Sarmathas appellat:quos Bifariam partitus
eſt:& alios aſiaticos uocat a Thanai uſq; ad flumen Ras:ali-
os Europes:qui germaniam inter Thanaim iacent.Scythas ue
ro ultra & intra Imaum montem collocat:ut a nobis ante rela-
tum eſt.Scriptores alii Scytharum nomen multo maius effici
unt:quos a germanico limite uſque ad ipſos Seras:& orientale
pelagus occupare arbitrantur:& ſicut habitabilis terrę auſtralia
Ethyopibus tradiderunt : pari modo Septentrionalia Scythis
quos cum Sarmathis confuderunt . Diodorus Scytharum gen
tem apud Araxim flumen originem habuiſſe putat:paruamq;
ab initio nationem fuiſſe & modicę terrę cultricem:ac propter
ignobilitatem a uicinis contemptam:nactāque deinde regem
quendam bellicoſum: & militari uirtute pręcipuum agros am
pliaſſe montanos: quod uſq; ad Caucaſum:Campeſtres uero
uſq; ad occeanum & Meotidem flumenque Thanaim. Fabu
lam quoque adducit natam apud Scythas ex terra uirginē um
bellicotenus hominis forma reliqua uiperę quę puerum genu
erit nomine ſcytham:qui omnium ante ſe clariſſimus euadēs:
nomen ex ſe populis uocabulum indiderit : inter cuius poſte
ros duo fratres extiterint ſumma uirtute: alter pluto: alt̄ napis
appellatus:q magnis rebus geſtis regno inter ſe diuiſo alteros
populos Plutones:alteros napas uocitauerunt:quorum proge
nies regiones ultra Thanaim uſque ad Traciam ſubegerit: uer
ſiſque deinde in alteram partem armis ad nilum ęgypti perue
nerit:redactis in poteſtatem omnibus quę intermedię erāt gē
tibus & uſq; ad orientis occeanum:& mare caſpium imperiū
protēderit:multoſq; reges habuit memoria dignos . Scytharū

aūtem populos ſacas:alios Maſſagetas:alios Armiaſpos:alios alio nomine uocari dicit .Coloniaſque plures ab eis deductas fuiſſe:ſed duas maximas:unam ex aſſyriis ĩter paphlagoniam ac pontum:alteram ex medis pone thanaim flumen :cuius populum Sauromatas appellauerint:qui multis poſt annis imperio late diffuſo magna ex parte uaſtata Scythia eam poenitus deſertam cultoribus rediderint. Trogus Pompeius:ſcythas cū ęgyptiis de generis uetuſtat e contendiſſe dicit : eiſque datam palmam tanquam loco editiori natis. Parthos & bactrianos eorum ſobolem eſſe. Scythiam ab uno latere ponto:ab altero Ripheis montibus:a tergo aſia & Phaſi flumine clauſam :multū in longitudinem & latitudinem patere hominibus inter ſe nullos fines:neque tecta aut certas ſedes:armenta: & pecora ſemp paſcentibus: & per ĩcultas ſolitudines errare ſolitis. Iuſticiam genti ingenis nō legibus cultam:furtū inter eos grauiſſime uīdicari:argentum & aurum pariter aſpernari:ac cęteri mortales appetunt:lacte & melle ueſci:ferarum pellibus ueſtiri. Dariū regem parſarum ab his turpi fuga ſub motum cyrrum cum oī exercitu a regina eorum trucidatum Alexandri magni ducem Sophiriona pari ratione cum copiis uniuerſis deletū. Veſoim regem egyptiorum exercitu cum omni apparatu belli relicto repulſum:ac fugatum. Scythas ab ęgypto paludes phibuiſſe: qui reuerſi Aſiam domuerint uectigalemq; fecerint:ac per mille & quingentos annos tenuerint:uſque ad ninum regem aſſyriorum Romanorum arma audierint magis quam ſenſerint. Pulchre Trogus:ſed arbitramur gręcos eū aliquos ſecutū quibus mos eſt omnia in maius extollere. Scytharum natio Barbara eſt:nec iuſti:nec recti tenax:fędiſſima apud eos uita religionum mille modi:idola & ſerpentes colunt in libidinem pfuſi: aurum non concupierunt donec fuit ignotum : ubi ſplendorē eius conſpicati ſunt:nihil non auri cauſa patrauere: & propter regnum ſępe paricidia cōmiſere:neque inter ſe iuſti neq; cum aliis ueraces.cui plus uirium eſt:huic & uiris magis potentię omnia cedunt. Nec Romani ĩtactos eos reliquere:neq; gręci.

Alexander ultra iaxartem fluuium eos cecidit. Successores eius
plurimis cladibus scythas affecerũt. Cn. Pompei9 magnos scy
tharum exercitus fudit: qui Mithridati suppetias tulerunt ĩ Se
ptentrionẽ Scythicũ iter tanq̃ ĩ mari stellis secut9: & omnis Al
bania atque hyberia ab eo domita est. Regem Colchorum oro
dem positis sub ĩpo caucaso castris iussit in plana descendere:
quarum ꝓuintiarum: & si gręca origo fuit in Scytharum tamẽ
mores populi declinauerant: Impãte Claudio mithridates bos
foranus amissis opibus uagus postquam Didium Romanum
ducem: ac robur exercit9 abiisse cognouit spreto cothi iuuene:
ac rudi & nouo rege cum Iulio aquila eq̃te Romano nationes
sibi allexit: & perfugas: & coacto exercitu Regem Dandario-
rum exturbauit: & imperio eius potitus festinauit in Bosforũ
Aquila & cothis quia Iorsines Seracorum rex hostilia resum-
pserat ad Eunonem qui adroscorum genti pręcellebat legatos
misere: eumq; sibi sociarunt. Pellitur hostis uenitur q; Sozam
dandanice Oppidum quod desertum a Mithridate pręsidio
muniuit: & in Saracos pergunt: & transgressi Amnem Pandã
circunueniunt urbẽ huspediã eamque excidunt. Iorsines Rex
Saracorum diu pensitato Mithridati ne rebus extremis: an pri
mo regno consuleret: postquam ꝑualuit gentilis utilitas datis
obsidibus apud effigiem Cęsaris procubuit magna gloria exer
citus romani: quem inuictum & uictorem tridui itinere absu
isse ab amne Thanai constitit. Mithridates nullo in armis sub
sidio fratrem Chotim proditorem atque hostem metuens ad
Eunonem confugit: qui cum impetrata tantum uita ad Claudi
um misit. Multi pręterea imperatores: & apud urbẽ Romani:
& apud Constantinopolim de Scytharum gente gloriosissime
triumpharunt. Quod autem ad interiora eorum: & ultima uer-
sus boream non est itum paupertas soli fecit: & itineris aspitas
atque intolerabile frigus: & nullum uincentis ꝓmium. Multos
romani populos ut appianus tradit sese sponte dedentes reice
re: quod nullo esset emolumento eorum imperium quis arma
sumat: & cum mortis piculo dimicet cũ sciat uictoriam sterilẽ
esse. Id perinde est: ac si quis laudis cã cum bestiis pugnã ĩeat.

Nec Scytharum robur insupabile est: magis q̃ Elephantum &
Thaurorum quos ingenio uincimus. Sed in his inest aliqd uti
litatis: Scythas illos exteriores si p̄lio supaueris: non tam tibi q̃
illis uiceris pane alendis: qui multis est incognitus ubi eorum
seruitia q̄ras. Fatemur tamen ab his exisse q̃ plures: qui res ma
gnas gessere. Facile enim migrant qbus sterilis sedes ē: & me
lioris soli fama multos trahit: & Asiatica Scythia migrauerūt
in Europem uniferoces populi quos iordanis: & alii nonnulli
ex mulieribus magis & demonū semine natos crediderūt: qui
transmissa meothide omnem Barbariem īter Thanaim & da
nubium occupauere: ex his magnus ille Attilas ortus est q sub
acta pannonia italiam ingressus: Aquileam subuertit: & in ger
maniā transiens plurimas uastitates edidit: ac trāsmisso Rhe
no ī agris Catelaunicis memorabile illud p̄liū cōmisit: in quo
supra cētū sexagīta millia hominū cecidere: & quanuis uictus
esset: id tamē solatii tulit: quod Theodericū gottorū p̄stātissi-
mū ducē obtrūcatum cognouit. Is domū reuersus: dum nouis
nuptiis opam dat: uino plenus effuso e naribus multo sanguīe
suffocatus ē: de quo etiā in posteriorib⁹ nōnulla erūt dicenda.
Scytharū quoq; genus ē Turcorū foedissima gēs: q ut heticus
philosophus tradit in asiatica Scythia ultra pyriceos mōtes: &
Taracōtas īsulas cōtra Aqlonis ubera sedes patrias habuere.
Natio truculēta & ignominiosa ī cūctis stupris: ac lupanarib⁹
fornicaria comedit q̃ cęteri abhōīant: Iumentorū: luporū: ac
uulturū carnes: & qđ magis horreas hominū abortiua: diē fe
stum nullum colūt: nisi mense Augusto Saturnalia Romano
rum impiū admirata: magis q̃ expta est: Octauiano Augusto
in auro litorico censum dedit: & id qdem spōte: nam cum uici
nas gentes annua illi tributa reddere aīaduertisset: nouum die-
rum ac temporū exortū eē deū: arbitrata munera illi quot ānis
misit. Otto hystoricus q Phrisingensis fuit episcopus tradit
impantibus gręcis: ac regnāte apud frāchos Pipino ānis ab hīc
supra sexcētis Turcos caspias portas egressos cū auaribus fe-
rocissima pugna multis utrinq; desyderatis conflixisse.

Nicolaus secūdin⁹ multa eruditione p̄dit⁹ gręcas: ac latinas

litteras apprime callens : de Turcis ad nos ſcribens : Aſiaticos
Scythas illos eſſe fatet̃ : q pontũ Cappadociãq; trãſgreſſi ad re
liquas finitimas gẽtes ſẽſim illapſi ſint. ii more latronũ clãde
ſtinis quibuſdam excurſionibus uires ſibi uendicantes occu-
patis montibus & clauſtris opportunis : unde per occaſionem
irruptiones facile fieri poſſent : uſque adeo emerſere : atq; ani-
mis ſublati ſunt : ut palam iam & pari in arte aduerſũ finitimos
de agri poſſeſſione certarent : & denique procedenti tempore
gallatia bithynia & utraque phrygia in poteſtatem redacta : om
nem Aſiam quę minor uocatur ultra citraque taurũ ad oras uſ
que Ionie : & littora gręci maris occupauerint : & unum quendã
principem : ſed alios alii duces : & uaria auſpitia quaſi per facti
ones ſecuti : de quibus alio loco dicendum erit. Ferunt & hun
garos qui danubii ripas incolunt Scytharum genus eſſe : non
quaſi ab himis ortos quod propter uerbi cognationem aliqui
crediderunt : Sed ab aliis hungaris : quorum Iordanis meminit :
q nothos eos dicit ſuo tempore fuiſſe ꝓpter comercium pelliũ
mardurmarum. Fuit autem Iordanis ſub ĩperio iuſtiniani quo
tempore nundum Pannoniam hnugari attigerant : longe poſt
hunos Gottos ac longumbardos hungari Scythiam egreſſi ad
danubium peruenerę. Pulſiſq; prioribus incolis aut ſub iugũ
miſſis regnum ſibi fecere : de quibus ſuo loco dicemus. Noſter
ueronenſis quem ſupra diximus ad ortum Thanais perueniſſe
retulit populos in Aſiatica Scythia non longe a Thanai ſedes
habere rudes homines : & idolorum cultores : quorun eadem lin
ga ſit cum hungaris Pannoniam incolentibus : uoluiſſeque cũ
pleriſque ſacrarum litterarum profeſſoribus uiris religioſis &
ex ordĩe beati frãciſci : q lĩguã illã noſſent eo ꝓficiſci : & ſãctũ
chriſti euãgeliũ p̃dicare. Sed ꝓhibitũ a domino quẽ de inoſca
uocauit : q cũ eẽt gręca pfidia maculatus ęgre ferebat Aſiaticos
hũgaros latinę cõiũgi eccleſia : & noſtris imbui ritib⁹. Fuerũt
& q gotthos ex aſiatica ſcythia erupiſſe putarũt : quoꝝ ẽ p uul
gatũ nomẽ p̃ſũptio : hic orit̃ ꝙ alani ĩt̃ eos militauere & uſq; ĩ
hiſpaniã trãſiere : ibiq; ſedes obtinuẽ : ĩ qb⁹ hodie catelani tãq̃

Gotthi Alani uocantur. Alanos autem Ptholomęus in Asiatica Scythia ultra hyperboreos montes collocat ad Septentrionem maxime uergentes. Iordanis Europeos fuisse Gotthos affirmat: quem sequi non pudet suę gentis initia referentem: neque alienum fuerit Alanos postquam in europam migrassent cum Gotthis societatem inisse: ex qua facta sit Catelanorum natio. Multa de Gotthis inter res Europeas dicenda erunt: quę nunc relinquimus illud conclusisse sat fuerit: nō idcirco Scytharum genus ī aliena prorupisse quia cęteris uirtute prestarēt: Sed auiditate melioris agri: & quod in patrio solo nutriri non possent.

[S]equitur Asię ad nostram supputatōnem tertium mēbrum cui Parthia dabit initium: quanuis recta in orientem iter habenti aria occurrat: & poropanisadum regio quę montanę sunt: & in eodem paralello qui per Rhodū est cum Parthia continentur. Sed nobis placuit quinto loco de illis agere: qui post indiam ad occidentem primi reperiuntur. Nos parthiam in hac descriptione mediamque & utranque Armoeniam: ac magnam minoris Asię cheronnesum comprehendemus: Quanuis aliqua ultra citraque taurum iaceant: & non nulla in ipsis mōtium cacuminibus sita sint. Parthia ut Ptholomęo uisum est ab ortu ariam habet: & Masdoranum montē ab occasu mediam: & qbus dissecatur iuga: ad meridiem Carmanicam desertam: & Parco athię montis sublimen uerticem a Septentrione hyrcaniam: & qui medius intercurrit mons coronis regionis in ea quatuor collocat. Comissenam quę hyrcanis immiet Thabienam quę ad Carmaniam respicit. Patauricenam quę Arsiam & Sindacam quę mediam ītuetur. Ciuitates commemorat plures de amnibus qui eam irrigent nullam efficit mentionem: quanuis Bagradā in ea ortū indicare uideatur: q lōgo itinere p Carmaniā desertā & hyppophagos nō longe a Sureis psicū illabit̄ sinū. Strabo flumib⁹ irriguos pthię cāpos eē cōmemorat: quos pti Arius pti Margus inundet. Iulius Solinus parthiam rubro mari a meridie claudit: a Septentrione

hyrcano salo non Parthiam hoc pacto. Sed parthicum circun scripsit imperium: quod in duo de uigiti regna diuisum dixit & undecim superiora ab Armoenico limite: & Caspio littore incipientia ad terram Scytharum porrecta: quibus concordes essēt reliqua septem inferiora. Sic enim uocat ab ortu Arianos habere: a meridie Carmaniam: ab occasu mędos: a septentrione hyrcanos. Plinius quę fuerant olim persica regna postea Parthorum intelligi uoluit. īter duo maria persicum & hyrcanum: Montana Parthyae Scenatas tenere populos. Strabo refert loca optima: & montibus clausa. Trogus Pompeius urbem claram in monte a Partheno a primo arsace conditam dicit: cuius loci ea condicio fuerit: ut nec quicquam numitius inueniri: neque amoenius posset pręruptis undique rupibus cinctus ut tutela nullis egeat defensoribus: & soli circumiacentis tanta ubertas sit: ut propriis opibus expleatur. Fontium ac siluarum ea copia ut & aquarum abundantia irrigetur: & uenationum uoluptatibus exornetur. Apolodorus hecathonpylon parthorum regiam appellauit per mille & septingenta sexaginta stadia distātem a portis caspiis. In Pharthia terrę sūt: quas Rhagas uocauerūt propter terrę motus qui ibi frequenter fiunt: a quibus multę urbes (ut possidonius refert) & duo millia uicorum euersa sunt. Strabo affirmat Parthiam ab initio non multā fuisse: Parthos que cum hyrcanis persicę uixisse: eisque subfuisse: cumque regio esset nemorosa & montana atq; inops: reges eā cursu pteriisse: cum ne minimam quidem exercitus partem alere possit: successu uero temporis auctā esse Camisenāq; atq; cormā: & totam fere regionē usq; ad Caspias portas & Aragos & tapiros quę prius Medorum erant ad Parthos transisse: atq; Apamiā & heracliā insignes urbes: & Rhagis uicinas in Parthya uidet describere. Parthorum collegiū duplex fuisse affirmat: alterū affiniū: alterū magorū & sapientum: atque ex his duob' reges creari: nationē Barbarā esse uerū bellacē: & a scythis ortā: q̄ propter p̄clara belli facinora adeo polluerit semp aliqdē finitimis adimēs ut tād' ad euphratē p̄pagarit īpiū: & ui scythis attulerit

Bactrianę partem eius auferens: & propter ĩperii magnitudinē
cum Romanis uario marte contenderunt. Scytharum exules
crediti quod ipso uocabulo manifestari Trogus affirmat: nam
Scythico sermone exules parthi dicuntur. ii Asmorum: & Me
dorum temporibus inter orientes populos obscurissimi fuere:
Postea quocunque imperium orientis trãslatnm est ueluti uul
gus sine nomine: pręda uictorum fuere: & macedonibus trium
phato oriente seruierunt. Parthia frigidissimos habet montes
& planities admodum calidas: administratio gentis post defe-
ctionem Macedonici imperii sub regibus fuit proximus maie
stati regum: & populorũ ordo ex hoc duces in bello: & in pace
rectores habuere: sermo his inter Scythicum męd umque me-
dius: & ex utrisque mixtus: uestis olim sui moris postea quam
opes accessere luxurię materia ut mędis pręlucida ac fluuida
armorum patrius: ac Scytichus mos exercitum non ut alię gen
tes librorum: sed maiorem partem seruorum habuere: quorum
uulgus nulli manumittendi potestate permissa: ac per hoc om
nibus seruis nascentib9 in dies crescit: hos pari: ac liberos suos
cura: & ęquitate & sagittare magna industria docent. Locuple
tissimus ut quisq; est: Ita plures in bella equites regi suo ṗbet:
aduersus Antonium cum equitum quinquaginta millia ptbi
duxissent soli: quadringenti liberi fuere: pręliari in acie comi
nus aut obsessas expugnari urbes ignari. Pugnauerunt autem
procurrẽtibus equis: aut terga dantibus saepe fugam simultan
tes: ut incautiores aduersum uulnera insequentes haberent. Si-
gnũ his in pręlio nõ tuba: sed tympano dabatur: nec pugnare
diu poterãt: de qbus Lucan9. Pugna leuis bellũq; fugas turme
q; uagantes: Et melior cessisse loco q̃ pellere miles. Illita terra
dolis: nec martem cominus unquã: Ausa pati uirtus: sed lõge
tendere neruos: Et quęcunq; uelint permittere uulnera uentis.
Cęterum intolerandi fuissent si quantus erat impetus uis tãta
& perseuerantia fuisset: plerũq; in ipso ardore certaminis ṗlia
deseruerunt: ut cum maxime te uixisse putes: tunc tibi discri-
men subeundũ sit: munimẽtum ipsis ęquisq; loricę plumate

parthos aduersus antonium cum equitum 50 milia / perditum 400 milia /

fuerũt quę utrũq; toto corpore texere : auri argentique nullus : nisi ĩ armis usus: uxores dulcedine libidinis singuli plures habuere: nec ulla delicta adulterio graui⁹ uindicarunt: ob quam rem foeminis non conuiuium uirorum tantum : uerum etiam conspectu interdicebant: carne non nisi uenatibus quęsita uescebantur: Equis omni tempore uectabantur: illis bella: illis cõuiuia: illis publica: ac priuata officia obibant: super illos: ne cõsistere: mercari: colloqui. Hoc denique discrimen ĩter seruos liberosque fuit: quod serui pedibus: libri non nisi equis incedebant. Sepultura uulgo: aut auiũ aut canum laniatus fuit. Nuda demum ossa terrę obruere in superstitionibus : atque cura deorum pręcipua omnibus ueneratio. Ingenia genti timida se diciosa: fraudulenta procacia. quippe uiolẽtiam uiris: mansuetudinem mulieribus assignabant: semꝑ in externos: aut in domesticos motus inquieti : nam taciti ad faciẽdum: quam ad dicendum promptiores. Sceunda atque aduersa silẽtio tegebant: principibus metu: nõ pudore parebant. In libidine proiecti : in cibum parci. fides dicti promissique nulla: nisi quatenus expedit. Libet hic paulo altius ordiri ut res Parthicas quę memorabiles fuerunt longius attingere Oriẽtis imperium: Primo Asyriorum fuit: postea medorum: deĩde persarum: quarto loco macedonum quos Parthi simul & Romani debellarunt: seu ueri us hodie domestica & execranda paricidia: post mortem Alexãdri magni Parthiam tanquam uilem & inopẽ nemo macedonum dignatus est. Ob quam rem Stragonori externo socio eã tradiderunt: Exin Macedonibus inter se ciuili bello contendẽtibus Parthi Heumenem secuti sunt: & eo uicto ad Antigonũ transiere. Post hunc Anichanore Seleuco & Anthiocho & successoribus eius possessi sunt. Demum uero a Seleuco Anthiochi nepote defecerunt impunitatem assecuti : quia Seleuceos cũ Anthiocho fratre de regno cõtendebat: quo tempore & theodotus Bactrię pręfectus defecit: quẽ Strabo Eucedamũ appellare uidetur: qui cum se regem appellare iussisset exẽplũ totius oriẽtis populis ꝓbuit: ut a Macedonibus deficerẽt. Nullum est

enim imperium quod ciuilis discordia nõ euertat. Parthianę defectionis auctor Arsaces fuit: cui alii Bactrianam originem prębent: alii Scythicam: & qui scytham fuisse putant ex paruis ortum affirmant: quos Daas credunt: & Dais profectos qui ultra meotim habitauere xandros siue Parios dictos. nõnulli Daas circa hostium caspi maris posuere: ex quibus ortus Arsaces cum plerisq; Nomadibus Ochum accolentibus Parthiam inuaserit: atque obtinuerit. Trogus incertę originis dicit: qui solitus latrociniis & rapto uiuere: ac cępta opinione quod Seleucus a gallis in Asia uictus esset cum prędonum manu Parthiã ingressus: mandragoram regionis pręfectum opresserit: & imperium gentis inuaserit. Duarumque ciuitatum imperio potitus parato grandi exercitu aduersus Theodotum Bactrianorũ et seleucum persarum regem: se tueri conaretur. Theodoto cito mortuo filius eius eiusdem nominis pacem & foedus cum Arsacę percusserit: nec multo post cum Seleuco rege ad defectores persequendos ueniente congressus uictor euaserit: atque is dies Parthorum imperii initum fuerit qui ab eis solennis habeantur. Ex quo libertas genti orta: reuocato deinde Seleuco nouis in Asiam motibus dato laxamẽto regnum parthicum formam accępit: & recte uiuendi normam constitutis magistratibus: qui belli pacisque muma sub rege gererent. Arsaces quęsito constituroque regno matura senectute decedit: cuius memorię hunc honorem Parthi tribuerunt: ut omnes deĩde reges suos Arsaces appellauerint. Huius filius & ipse Arsaces nomine aduersus Antiochum Seleuci filiũ centũ millibus peditũ: & uiginti millibus eqtũ instructũ tanta uirtute pugnauit: ut ad postremũ ĩ societate eius recipeť. Terti9 parthis Rex Priapati9 fuit: & ip̃e arsaces dict9q actis ĩ regno qndecĩ ãnis decessit mithridate & phraate filiis relictis: quorũ maior phraates more gẽtis hęres mardos ualidã gentẽ bello domitã regno adiecit: nec multo p9 decessit ĩstituto fratre hęrede quãuis multos reliqsset liberos. Quo tẽpore Eueratides apud bactros regnauit de quo supra meminimus cũ de rebus bactrię ageremus. Mithridates

aduersum mędos bellum gerēs uictoria demum potitus: ac ui ribus auctus Phracasem mędie proposuit: & Helimeorū gētē regno suo adiecit: rege ipsorum in pręlio superato. Imperiūq́ꝫ Parthorum a monte Caucaso usque ad flumen Euphratem ꝓtulit: nec minor Arsace proauo gloriosa senectute decessit: relicto Phraate filio herede qui cum bellum inferre Anthioco regi statueret. Scytharum mōtibus ad sua defendenda reuocatus e: profectusque aduersus scythas hymerum quēdam ad tutelam regni reliquit: qui oblitus uicarii officii tyrannica crudelitate Babylonios multasque alias ciuitates importune uexauit. Ipse autem Phraates grecos secum cōtra Scythas adduxit: quos prius in bello aduersus Anthiocum gesto superbe crudeliterque tractauerat. ii cum inclinatam Parthorum aciem uidissent: arma ad hostes transtulere: insigni proditione contumelias ulti Phraates obtruncatus est: & in eius locum Artabanus patruus constitutus. Scythę uictoria contenti populata Parthia in patriam redierunt. Arthabanus bello Thegariis illato uulneratꝰ in brachio statim decedit. Mythridates filius succedit: cui res gestę magni cognomine dedere. Multa enim bella cum finitimis summa uirtute gessit: & cum Scythis prospere dimicauit: ultorque iniurię parentum fuit: ad postremum Arcoadisti Armoeniorum regi bellum intulit: deinde propter crudelitatem a Senatu Parthico pulsus est. Frater eius Herodes cum regnum uacans occupasset Babyloniam quo Mythridates confugerat: diu obsedit: & fame coactos in deditionem opidanos compulit: & Mithrydatem in conspectu suo adductum trucidari iussit. Deinde cum Romanis bellum gessit: crassumque cum filio & omni exercitu deleuit. huius filius Pacorus missus ad ꝑsequendum Romani belli reliquias magnis rebus in Syria gestis reuocatur in patriam: patri suspectus: nam quem nō timeat qui fratrē occidit? Exercitus parthorū illo absente ī syria relictus a cassio q̄store crassi cū oībus ducibus trucidatᷣ. Post hęc ciuili bello parthi pompeianarū ꝑtium fuere: cū crassi alterum filiū in partibus Cęsaris esse audirent uicto Pompeio auxilia

bruto & Cassio aduersus Augustū & Antoniū misere: & post belli finem rursum Pacoro duce inita cum labieno societate syriam & Asiam uastauere: castra que uentidii: qui post cassium absente Pacoro exercitum parthicum fuderat magna mole aggrediuntur. Sed ille simulato timore diu se continuit: & insultare parthos aliquantisper passus: ad postremum insecuros lętosque partem legionum emisit: quarum impetu fusi parti in diuersa abire. Pacorus cum fugientes suos abduxisse Romanos secum legiones putaret: Castra uentidii aggreditur: ille reliqua parte legionum emissa: uniuersam Parthorum manum cum ipso pacoro interfecit. Herodes audita nece filii diu sine cibo fuit: nec aliud loquebatur nisi pacorum: erant enim triginta filii ex diuersis pellicibus: quarum quęlibet suum filium loco Pacori substituendum petebat. Dum Herodes deliberat unus ex filiis Phraates eum interfecit: poenasque occisi ab eo fratris exigit. Sed Phraates multo Sceleratior patre uniuersos fratres suos trucidat: nec filio suo parcit ueritus ne illum Optimates sequerentur qui sibi erant infesti: hinc Antonius propt̄ auxilium Bruto missum cum sexdecim ualidissimis legionibus intulit bellum. Sed grauiter multis pręliis uexatus: & amoris impatiens quo Cleopatram ardebat a patria refugit. Phraates insolentior ea uictoria redditꝰ a populo in exilium pellitur: nec multopost tempore Scytharum auxilio ī regnum restituit̄. Nullius est enim tanta nequitia quę non inueniat adiutores si quid auferre utilitatis posse uidetur. Substituerant īterim parthi Tyridatem qui audito Scytharum aduentu: cum magna amicorum manu ad Octauianum ī Hyspaniam belligerātem confugit: obsidem Caesari Phraatis filium ferens quē negligē tius custoditum rapuerat: parituṝ se omni tempore Romanis affirmās si ad recuperandū regnū adiuuaretur Phraates: & ip̄e legatos ad Cęsarē mittit seruū suū tyridatē: & filiū remitti postulat. Cęsar his cognitis: neq̄ cōtra tyridatē se parthis dixit: neq̄ aduersus p̄thos tyridati auxilia daturū. Phraati tamē filium sine p̄cio remisit: & tyridati quoad manere apud romanos uellet opulētū sūptū p̄beri iussit. Sed finito hyspanēsi bello cū

in Syriam ad componendum orientis statum uenisset metum Phraati incussit: ne bellum Parthię inferret: Itaque tota in Parthia captiui siue ex Crassiano: siue ex Antonii exercitu recollecti signaque cum his militaria Augusto remissa. Sed et filii nepotesque Phraatis obsides Augusto dati plusq; Cęsar magnitudine nominis sui fecit: quam armis alius imperator facere potuisset. Misit tamen Augustus antequam moreretur aduersus Parthos rebus nouis studentes germanicum Druci filium Caligulę patrem qui anno quarto Tyberii Cęsaris de illis clarum triumphum egit. Sub Nerone Parthi armoeniam substulerūt: & Romanas legiones sub iugum misere: ęgreque Syria retenta est. M. Antonio et aurelio cōmodo imperium tenentib9 uologesus Rex Parthorum graui eruptione facta non Armoeniam modo: sed Capadociam Syriamque uastauit. Antonius tamen per duces suos eum repressit ac Seleuciam asyrię urbem super idaspem fluuium sitam: & multa hominum millia in deditionem accępit: & cum fratre de uictoria Parthica magnifice triumphauit. Traianus qui usque ad indos imperium protulit: Parthos pluribus bellis uicit: eisque non modo Australia regna: sed Armoeniamquoque abstulit. Sub Adriano Cęsare: q traianum secutus est: iterū res Parthicę auctę sunt: & Euphrates utriusque imperii limes factus: contenderunt cum Seuero Cęsare parthi: & ab eo superati sunt. Aurelius Bassianus cognomento Caracalla inter edissam & Cannas commisso cum Parthis pręlio interfectus est. Helius lampridius nō in pręlio: sed cum ex pręlio recessisset ad requisita naturę insidiis eum a Macrino pręfecto occisum dicit. Deīceps ad orientale īperium: nunc Parthicum: nunc Persicum appellatum reperimus: quanuis imperio Persicum Macedones finem imposuerunt. Sed scriptores non tam gentem: quę imperaret quā locum cui imperabatur intuiti sunt: Ideoque Persarum reges pro Parthicis accęperunt. Aurelius Alexander xersem regē persarum maximo pręlio superauit. Gordianus parthis bellum intulit qui iam moliebantur erumpere foeliciterque pręliis īgentibus eos afflixit: rediens autem nō longe a Romanis finibus īterfect9

Traianus usque ad indos imperium protulit

fl. idasp

est:Fraude Philippi qui post eum impauit. Valerianus qui se ptimo & uigesimo loco post Augustum imperio prefuit:a Sapore rege persarum captus:luminibus orbatus ignominiosi in persarum seruitute consenuit. Id officii apud eos sortitus: ut sapore equum ascendente incuruatus regem non manu sed dorso leuaret. Sub Galieno Parthi Mesopotamia Syriaque potiti sunt:Sed odenatus bis recuperatis usque ad thesiphontem penetrauit. Carus Narbonēsis secundus & trigesimus ab Augusto persas prelio uicit:Senē & Thesiphontē notissimas urbes cepit: & cū castra sup tygrim flumē haberent:nō armis hostiū sed ictu fulmīs īteriit. Maximianus aduersus narseū parsarū regem inter Gallinicum & carras congressus superatus est: fugitque ad Dioclicianum in mesopotamiam a quo turpiter recé ptus: & admodum reprehensus instauratis uiribus iterum cū naseo Ormisade: & saporis auo ī Armoenia maiore pugnauit. Victorque pulso Narseo castra eius diruppit:uxores:sorores & libros coepit: & cum ingenti preda ad Dioclitianum rediit. Constantius magni Constantini filius a persis multa & grauia damna perpessus est:uidebatur tamē superatur9 in fine nisi ad ciuile bellum contra Iulianum redire compulsus esset. Iulianus rerum potitus parthis intulit bellum:oppida aliquot & castella eorum in deditionem accepit: & ui expuguauit. Asyriā populatus est:castra apud Thesiphontem statiua aliquandiu habuit:rediensqꝫ uictor dum se inconsultius proeliis īserit hostilii manu interfectus est sicut eutropius refert:qui ei9 expeditioni interfuit. Nonnulli diuinitus interemptum asserunt: q ex christiano ad gētilitatem redisset propter quod mox:ut uulneratum se intellexit dixisse fertur uicisti Galilee. sic enī apostota p irrisionem appellabat christum. Iouinianus duobus p̄liis uictus pacem cum sapore Parthorum rege necessariā: sed ignobilem fecit abbreuiatis imperii finibus: & parte superiore Mesopotamie tradita. Quod ante eum annis trecentis & duobus de uiginti:ex quo Romanum imperium conditum erat: nusquam acciderat. Iustinianus parthos bella mouētes p suos duces plurib9 p̄lus supauit. Postea apud Euphratē ei9 exercit9

uictus est: Sed per bellisarium resarcita sunt damna: & foedus cum parthis initum. Zeliorbes hunorū Rex intra Scythiā manentium cum uiginti millibus aduersus Iustinianum Cosdroam adiuturus aduenit: Sed suspectus ab eo habitus multis uulneribus confossus interfectus est. Sub foca imperatore cosdroas Mesopotamiam occupauit: & paulopost Palestinam cum hierosolima: & nonaginta millia christianorum interfecit: partemq; crucis dominicę secum asportauit. Heraclio imperium tenente: & deinde in egyptum arma uertit Alexandriamq; occupauit: nec moratus Africam ingressus est: & Carthagine capta imperio potitus est lybię heraclius pacem ab eo petiit: etiā cum dedecore imperii: neque impetrauit a supbiēte rege. Itaq; dux in eum omnia bella fortunę comittens: ille ex azoto Syrię fugit in persidem: Relictis ducibus qui Romanorum impetum morarentur. Heraclius flexo ad sinistram itinere: & supato monte Tauro in persidem transiuit: uicitque Sabbarum & Saym duobus pręliis: & tertio Razatenem alium ducem supatum interfecit: & uigintiseptem militaria signa intercepit. Cosdroas Medarsem filium regni consortem appellauit: Syrochio pręterito: qui natu erat maior: propter quod captus ab eo cum Medarse: & uxoribus in carcerem coniectus est: atque deinde cum filio necatus. Syrochis heraclio uictori captiuos reddit: et crucem domini & insuper munera dedit. Hoc tempore maumethes Pseudo propheta exortus est: qui arabes ad defectionem compulit. Crux domini hierosolimam reportata est. Heraclius non multo post in heresim lapsus per desidiam languens: Saracenorum uires tū primum nascentes ꝓpagari: & crescere sinit qui sub falsa lege Maumethis imperium erexere. Arabes enim cum parthos in suam perfidiam trahere non possent uerbis: Armis eos agitauere. Decesserat primo regni sui anno Syrochis eique filius successerat Adheser cui pariter infra annum defuncto Ormisda suffectus est: quem Arabes pręlio superatum interfecere: eiusque imperium obtinuere. Arabes autem tantis uictoriis aucti: nam & Romanorum arma longe propulerant Anthiochia occupata: & ī Africam manus iniecerāt trāsmissa

ęgypto ſarracenorum nomem aſſumpſere:atque ita & Parthi:
& Perſę:& arabes:& ęgyptii :& multę alię gentes in ſaraceni-
cum nomen tranſiere. Neque poſtea nomem Parthicum audi
tum eſt:quaſi magnum uſque ad tempora noſtra anno circiť
decimo priuſquam naſceremur. Thamerlanes genere parthus
gregarius miles:adeo inter ſuos uimẽtis & corporis agilitate ex
celluit: ut breui multarum gentium dux fieret : Quibus Par-
thorum imperio potitus Scythas hyberos Albanos perſas Mę
doſque ſibi ſubegit. Meſopotamiam inuaſit atque Armoeniã:
tranſitoque Euphrate cum quadringentis millibus equitum
ſexcentis millibus peditum omnem Aſiam quam minorem ap
pellamus obtriuit. Regem omnium potentiſſimum pazaitem
Turcorum domiuum cum pari equitum numero & magnis
peditum copiis fines ſuos tutantem:apud armoenos pręlio ſu
peratum ducentis millibus hominum interfectis uiuum cae
pit : caueaq; in modum fere incluſum ꝑ omnem Aſiam circun
tulit egregium & admirandum humanarum rerum ſpectacu
lum. Caſtra eius in urbis modum ordinata fuere:ſtatuto cuiq;
arti loco: atq; in partes ſuas diſtributis exercitus :ut omnia im
promptu eſſent:ad uitę uſum neceſſaria ſumma ſemp rerum
copia inueniebatur:cum nullus eſſet latrociniis locus:tutoque
omnia comportarentur: nulla unquã ſeditio:nullus tumultus
inter milites fuit:aduerſam fortunam nunquam expertus eſt.
Athanai flumine uſque ad ęgyptum uniuerſam aſiam percur
rens:Smyrnas: Anthiochiam: Sebaſtiã: Tripolĩ : Damaſcum:
multaſque ualidiſſimas urbes ui cępit:diripuit:atque incẽdit.
Soldnũ ęgyptii bello ſuperatũ ultra peluſium repulit :ęgyptũ
ĩgredi parantẽ uaſtę ſolitudines & deſerta loca auerterũt uirũ
belli artibus inſignem:ad ea maxime obeunda prõptumq; ar
dua & dura cęteris uidebantur. Damaſco capta cum arcis anti
que expugnatio difficilior uideretur : Conſtructa e regione al
tera:quę antiquam altitudine ſuperaret ui cępit : quanuis mul
ta ſuorum cęde. Capha urbs eſt Genuenſium Colonia in Tau
rica Cherõneſo non procul a Boſſoro Cymerico:hanc cum ta-
merlanes ĩuadere ſtatuiſſet:Scythas negociatores ꝑmiſit:qui

tamerlanū

I obsidionib^z urbiū p^a die albo tentorio utebat^r 2^a rubeo 3^a nig^o significat^r

ferebāt q^d Tamerlanē viderūt eū Hanibali fuisse similem

Vita defunctus duos filios reliquit regni successores

thomas apostolus / alij in india alij in mesopotamia sepultū asserūt

multa loca ubi p̄dicauit euāgeliuz

prçcioſiſſimas animalium pelles minori quā cōſueuerunt prç
cio uenundarent. Sciens aurum abſcondi poſſe: pelles ſubfodi
non poſſe: moxque bello indicto admotis urbi machinis expu
gnata ui atque armis ciuitate: & auro & pellibus potitus eſt.
In obſidionibus urbium: prima die albo tentorio utebatur: ſe-
cunda rubeo: tertia nigro: qui ſeſe dabant in albo ſedenti ſalu
tem conſequebantur. Rubeus color moriendum patribus fa-
miliarium indicabat: niger ciuitatis excidium: & omnia ī cine
rē conuertenda. Fama eſt populoſae cuiuſdā ciuitatis: quç pri-
ma die dedicionem neglexiſſet: pueros puellaſque omnes in
candida ueſte ramos oliuç prçferentes exiuiſſe: ut prīcipis irā
placarent: illum omnes ab equitatu conculcari atq; conteri iuſ
ſiſſe: & urbem captam incendi. Interrogatum aliquando ab ho
mine Genuēſi qui eis familiaris eſſet: cur tanta crudelitate ute
retur: commotum ac ueluti furentem diſtorta facie: ac ſpiranti
bus ignem oculis reſpōdiſſe. Tu me hominem eſſe arbitraris:
falleris: ira dei ego ſum & orbis uaſtitas. Caueto ne poſthac
mihi occurras: niſi uelis interrogationis tuç poenas dare. Abi
it Genuenſis neque ulterius oculis Tyranni obiectus eſt. Fere
bant qui Thamerlanem uiderūt eū Hanybali fuiſſe ſimilem:
ſecundum ea quç de Poeno ſcribunt: nihil eius animo ſeueri-
us: nihil magis quam latrocinia uindicaſſe: ut ipſe unus eſſet:
qui latrocinari impune poſſet. Quçrebat tanquā uirtutis opus
quibus cū bellum gereret. Deletis regibus ac tyrannis: ꝑmul
tis uaſtatis pluribus prouintiis onuſtum deuictarum gentium
ſpoliis exercitum in patriam reduxit: & ciuitatem marchantē
condidit: quam uarii generis captiuis repleuit: & hoſtium ſpo
liis exornauit. Quod ſi aliquod excellens ingenium eius acta
repeririſſent: inter clariſſima ducum geſta legerentur: uita fun
ctus: duos filios reliquit regni ſucceſſores: qui diſcordia labo
rantes effecerunt: ne Parthorum imperium rurſus poſſet emer
gere. Thomas Apoſtolus euangelium chriſti: ad Parthos de
tulit: per quem mędi: Perſç: hyrcani: & Bactriani noſtrç fidei
ſacramenta receperunt. Corpus eius alii in india: alii in Meſo
potamia ſepultum aſſerunt.

Edia uulgati nominis terra post Parthiam ad occidē
tem occurrit: quę sicut ptholomęo placet a Septentrio
ne hyrcano mari terminatur: ab occasu maiori Armę
nię & Asyrię partes: a meridie perside: ab oriente hyrcania ac Parthia quę montibus excluditur. Hyrcaniam Charindas disterminat. fluuius inter persidem: ac Mędiam Parcoatras excurrit: mons Asyriam choatras excludit. Armoeniam caspia iuga: & Cambisus amnis Zagrus & Orontes altissimi montes interiora medię percurrunt. Ex Oronte Straton oritur in hyrcanum defluens pelagus: ex zagro amardes in idem mare decurrens. Eleucus quoque fluuius ex Australi parte zagri descendens Medię magnam partem irrigat: & Parcoatram scindens montem per latissimas terras in Persicum defluit sinum. Cyrus amnis choatra monte dimissus inter cambisem & Amardem in caspium labitur mare. Regiones quatuor memorantur apud Mędos: Propatena quę occidentalis est: & ad Septentrionem uergit inter mare caspium: & zagrum montem: ad quam Magarsi Mardi Marunde Cadurchi & cadusii pertinere uidētur. Elimeis quę ad Septentrionem uergens orientē respicit: & tapuros ac tribuces populos Daritis magna in conualle iacet: hinc Parcoathia inde oronte clausa. Syromedia regio tota mōtana est: & ad orientem uergit coniuncta Parthię & Ragianę regioni: Parcoathię montis insidet iuga: & ad meridiem respiciens supeminet Persidi ac Parethacinę regioni: quam nōnulli medię tradiderunt oppida supra quinquaginta memorant̄: quorum nomina referre plus tedii quam utilitatis habet: tantū est quid Ptholomęus nobis de media tradit. Strabo dicit mediam multum: & olim potentem regionem in medio Tauro sitā esse: qui circa hęc loca multifidus & cōualles magnas comprehēdit. Mędiam ī duas partes diuiserunt: quarum alteram maiorem uocauere: alterā ātropatiam maioris Metropolis Ebatana fuere magna ciuitas: & imperii media caput qua & parthi postea usi sunt. Nam reges ibi ęstatem agebant cum sit frigida: hyemem uero seleucię quę secus Tygrim ē prope babylonē

Atropacia ab Atropato duce nominata est: qiu obstitit ne ea Macedonibus subigeretur: ut maioris Mędię pars is postea Rex declaratus regionem banc a mędia sequestrauit: cuius successores regnum continuantes: cum Armęniorum regibus affinitatem contraxere: deiude cum Syris: & postremo cū Par this. Atropacia Armoenię & Macianę ad orientem sita est: mę dię uero maiori ad occidentem utrique ad aquilonem babitan tibus circa byrcani maris recessum: & Matranam ab Austro ia cet. Araxis fluuius Armoeniam & Atropaciam disterminat a Zeumate quod est iuxta Eupbratem quosque in Atropaciam peruenatur octo millia stadiorum eē feruntur. Maior mędia ab oriente Partbia terminatur: & Cosseorum montibus & Parescitacinis qui etiam montani sunt & latrones ac persis cō tinui. Sed bos Ptbolomęus mędię ad Austrum opponit a Se ptentrione Cadusiis: & ab aliis supra byrcanum mare babitan tibus: qui a Ptbolomęo inter mędos collocantur: & ut Patro cles ait ad quinque millia stadiorum orę montanę circa Caspi um occupant mare: loca tenuia & aspera incolentes: ab Austro Apollomatidę quam Sitacinam ueteres appellarunt: & monte Zagro apud quem Massabatica est quę ad mędiam pertinet: Quidam ad Helimeam dixerunt pertinere. Ptbolomęus quā uis Sitacinam regionem & Apollomatem quantum ad mędi am meridionalem facit: non nibil tamen occidentis illis attri buit: & Zagrum montem per mędiā assurgere: mędiam ostē dit ab occidente Atropaciis: & Armoeniorum quibusdam mę dia concluditur. In Atropacia lacus est nomīe Spantba in quo Sales nascuntur & congelascunt: eius regionis loca opulenta sunt preter septētrionalia quę montana aspera sunt & frigida. Apollonides ait ex ea regione equitum decem millia: peditum quadragiuta millia ad bellum cogi posse. Multa eis cum Par tbis & Armoeniis pręlia fuerunt: tenueruntque dignitatem su am si qd amiserūt forti manu recuperātes. Amicitiam cū Par tis: & cum Romanis quęsiuere. Regia eorum ęstiualis gaza fuit ī campo sita & uera. castellū munitissimū quod Antoni9

in Parthica expeditione obsedit. Id ab Araxe stadiis abest duobus millibus & quadringentos: ut Adelphius refert: qui Antinio familiaris fuit: & illius in Parthos expeditionem conscripsit: in qua non affuit modo uerum etiā pręfuit. Mędia magna ex parte alta & frigida cuiusmodi sunt mōtes exbatanis imminentes: & qui apud Ragas & Caspias partes consurgunt: & omnes denique Septentrionales partes usque in Matianam & Armoeniam huiusmodi sunt. Regio uero quę sub Caspiis portis: & in humili & in concauo solo iacet opulēta est: & omnia fert pręter oleam: quę & si ibi nascatur arida tamen & sicca est. Mędia sicut Armoenia eximie pascendis equis apta est: Vnde pratū quoddam Hippoboton uocatur: per qd' iter faciunt: qui ex perside & Babylone in Caspias portas proficiscuntur. In eo pasci dicuntur equarum quinquaginta millia. Regium id armētum est. Nescos equos qb⁹ reges utebant optimos ac magnos: alii hic gen⁹ habere: alii ex Armoenia dixerunt: quibus propria forma quędam fuit quemadmodum parthicis pre grecis cęterisque qui apud nos sunt. Herba quę pręcipue nutrit equos eo quod ibi abundet proprie medica uocatur. Longitudo ac latitudo medię pene par: maxima eius longitudo ea uidetur: quę est a Zagri transitu qui uocatur medica porta p Sigrianam ad Caspias portas stadiorum quatuor milliū supra centum. Tota mędia inter quartum et quintum clima continetur. Parallellus qui per Rhodum est australia eius attingit secundum ptholomęi descriptionem. Parallellus qui per Helespontum Septentrionalia circa hyrcanum mare percurrens ditissimam fuisse Mędorum terrā sicut Virgilius ait: ex tributo licet ītueri: quod persis pēdebant. duplo enim maius fuit eo quod a Capadocibus exigebatur: quos asserit Strabo pręter argentum mille & quingentos equos: mulorum duo millia: & ouium quinquagīta millia pēdisse: quot ānis gręcas urbes in Mędia

pratū hippobotū vocat' p q iter faciūt q ex pside & babilone i caspias portas pficisc ītro pasci dicunt' equarū quīquaginta mil

herba q pcipue nutrit equos, medica vocat'

logitudo ac latitudo Medie pene par. max⁹ eius long⁹ ea videt', q e a zagri transitu q vocat' Medica porta, p Sigrianā ad caspias portas stadiorū 4100

Media tota ē int' quartū clima

Macedones cōdiderc Laodiceam Apamiam & Rhagam quę apud Rhagas eſt & prius Aropus nominata fuit. Parthi Arſaciam ędificarunt: quę Auſtralior eſt quam Caſpię porte quingentis fere ſtadiis: ut Appolodorus Adriamittinus ait Eebatā Medię caput. Plinius a Seleuco rege conditam dicit a portis Caſpiis per uiginti millia paſſuum diſtantem. Idem Marcianam regionem quā Strabo uidetur a media ſe iungere: inter Mędos collocare uidetur apricitatis inclitę: quę ſola in eo thaſtu nitifera ſit: undique montibus incluſam amoenis: ambitu ſtadiorum mille quingentorum pene in acceſſu ob incommodum arenoſę ſolitudinis: quę per centum uiginti millia paſſuum undique uerſum circunfuſa eſt: cuius amoenitatem Alexander magnus uſque adeo miratus eſt: ut ibi primam condiderit Alexandriam: quam mox a Barbaris exciſam: Anthiochus Seleuci filiꝰ reformauit: & de nuncupatione ſuę domus dixit Seleuciam: cuius urbis circuitus in ſtadia ſeptuagintaquinq; diffunditur. Margus fluuius eum interluit. In hanc Orodes Romanos Craſſiana clade captos deduxit noſtri imperii magnum dedecus. Iulius Solinus Tygrim fluuinm in Armoenia regione caput attolere dicit in loco edito: ex lucido conſpicuoque fonte: nec ab exordio ſtatim totum eſſe primo pigre fluere non cum ſuo nomine: At cum fines Mędorum inuectus ſit Tygrim ſtatim uocari. Ita enim Mędos Sagittam nominare arecuſam lacum influere grauia pondera ſuſtinentem: cuius piſces nunquam ſe alueo Tygridis immiſceāt: ſicut nec amnici ſtagnum attingāt Arecuſę per quod diſſimili colore uolucri meet curſu: Mox Tauro reſiſtente in profundum mergatur: quem ſubter labens in altero eius latere emicet ulnas: & purgamenta plurima ſecum trahens: idemtidem abſcondatur: & Adiabenos Arabaſque pręterfluens Meſopotamiam amplectitur: & amnem nobiliſſimū bidaſpem accipens:

Euphratem quoq; deferat in sinum persicum. Sed Ptholomęus nihil ad Mędiam pertinere Tygrim demonstrat: quanuis in Armoenia fontes habere fatetur. Apud Gordicam montem: multi inter Mędos latrocinium exercuere sicut Cadusi montani & Amardi & Tapirdi & Circitii: & huiusmodi plures. Nam Zagrus & niphates montes has gentes spersas habuere: quanuis Circitii & amardi in Perside & Armoenia essent eodem nomine appellati: & eandem formam seruantes. Cadusi peditum multitudīe non multum ab acianis superabantur: iaculatores optimi existentes. Cossei olim aduersus susios & Babylonios helimeorum sotii Sagittariorum tredecim millia exhibuere. Nearchus tradidit quatuor fuisse gentes: quę illis in regionibus latrocinium exercebant. Mardos qui Persis erant finitimi: Vxios & helimeos qui Persis ac Susiis imminebant: & Cosseos qui mędiis atque omnes tributum regibus pendisse: Cosseos tamen cum Rex ęstate herbatanis peracta rabilonem descenderet: dona accepisse: quorum audaciam Alexander contuderit: hyeme eos adortus. Sed Ptholomęus Mardos & helimeos Boreales facit: hyrcano mari uicinos: & inter Mędos connumerat. De portis Caspiis multa memoria est. Nemo tam satis explicat ubi terrarum existant. quidam Amazonas portis Caspiis egressas ad Alexandrum uenisse in hyrcaniam prodidere: Sed ille caucasię fuerunt per quas transitus est ex hyberia in Scythiam. Neronis quoque principis comminatio ad Caspias portas (ut inquit plinius) ad eum transitum respiciebat: qui per hyberiam ducit in Sarmatas: Verum mons Taurus tribus in locis interruptus quasi portis quibusdam pertransitur in Armoenia in Cilicia & in mędia: sed ille tantummodo Caspię portę appellantur: quę apud mędos existunt: quemadmodum ex Ptholomęo Plinio & Strabone licet intelligere: ac per has transitus est ex Babylone ac Perside ad mare Caspium

& hinc fortaſſe Caſpię dictę ſunt: & quod aliquę gentes
uicinis inſident montibus appellatę Caſpię. iuga uero
Caſpia procul hinc abſunt: & ad Armoenios ulteriores
que populos pertinent. Porte autem Caſpię ut Iulius So
linus tradit Plinium ſecutus panduntur itinere manufa/
cto: millibus octo paſſuum longo. Nam latitudo uix eſt
plauſtro permeabilis in his anguſtiis: & illud difficile
quod pręciſorum laterum ſuxa liquentibus in te ſalis ue
nis exundant: pręterea octo & uiginti millia paſſuum
tractus omnis quoquo inde ꝑgitur humus Arida nullis
puteis aut fontibus ſine pręſidio ſitit: eum ſerpentes un/
dique gentium conuenę auerno ſtatim die illuc conflu/
unt: ita periculi ac difficultatis concordia ad Caſpias por
tas accedere non niſi hyeme conceditur. Hęc de Situ me
dię dicenda reperimus: mores gentis diuerſi: montano/
rum ingenia ferociora ſunt: qui campos habitant mitio/
rem agunt uitam: illi regem eligere conſueuerunt: qui
fortiſſimus eſſet: ut qui pręda & latrocinio uiuerent: iſti
ſapientiam genuſque ſequebantur: Magna ex parte Ar/
moenis ſimiles: omnes in uenerem ꝓfuſi: regibꝰ multas
habere uxores mos fuit: nec pauciores quam ſeptem mu
lieres quoque pulchrum ſibi exiſtimarũt: ut uiris nube/
rent quam pluribus: paucioribus quam quinque calami
toſum putauere. Equitandi & Sagittandi magnum his
ſtudium: a quibus & ſtola reperta eſt: & cultus: & ornatꝰ
& religioſa a ſubditis in reges ſalutatio: & Tyara & Cy/
tharis: & pileus: & manicate tunicę: q̃bus poſtea pſe uſi
ſunt: qui ſubactis Mędis in eorum mores tranſiuere: nã
qui prope modum nudi uidebãtur: leuiſſimis induti ue/
ſtibus muliebria geſtare: & uelamẽtis contegi paſſi ſunt.
Mędeam quę ibi regnauit ferunt eam prius ueſtem com
mõſtraſſe: quę cum pro rege exiret faciem ſuam occulta
bat. Mędi a mędo dicti ſunt: ęgei regis Atheniẽſium &
Mędeę filio. Scribit enim Trogus Pompeius Iaſonem
cum uicta colchide domũ rediiſſet: rurſum a peliae filiis

Thessalia pulsum cū ingenti multitudine comite Mędea uxore quā repudiatā miseratione exilii rursum receperat: & mędo priuigno Colchos repetisse: socerūq; regno pulsum restituisse: magna bella cū finitimis gessisse: captasq; ciuitates ptim regno soceri adiunxisse: ptim populis quos secum aduexerat assignasse: primūq; humanorum post herculē: & liberū patrē q reges oriētis fuisse tradūt: eam cęli plagā domuisse: q̄ ad Septentrionē & orientem uergit. Post eius mortem Mędū priuignum uirtutis eius emulū in honorem matris Mędiā urbē cōdidisse: regnūq; ex nomine suo Mędorum constituisse: sub cuius maiestate oriētis impium fuerit: Paruere tamen Mędi Assyriorū regibus usq; ad Sardanapallū. Sed arabaces Mędis pposit us ignauū regē aspnatus: Mędis ad defectionē psuasis uicto Sardanapallo impiū ad Mędos transtulit: quod sub Astyage in magno culmīe fuit: Cū iā p trecentos & quīquaginta durasset annos: Cyrus ex filia nepos Astyagis Mędorum extinxit imperium: & ad persas detulit uicto Astyage quem regno Mędię priuatum maxime genti hyrcanorum pręposuit: non tam uictorem quā nepotem agens. Post persas Mędi macedonibus paruere: deinde parthis: quanuis pars eorum Romanam amicitiā secuta sit: & aliquando uictricia Romanorum signa Męd iam pertransiuerint. Tamerlanes bis imperauit: hodie sub magno cane degere credūtur: Cuius impiū quāuis latissimū eē tradit̄: Nostratib⁹ tamē īaccessū pene īcognitū ē. Armęnia maior post Mędiā ad occidētē occurrit. Ea quātū ex Ptholomęo licet ītelligere a Septētriōe Colchidē habet: hyberiā & albaniā ab occasu magnū euphratis cursū: q cappadociā minorē armęniā & Syriā comaginē relīqt a dextris: & uersus Euxinū Moschios mōtes ab oriente partē hyrcani maris: ac Mędiā qua mōtes assurgunt caspii: a meridie Mesopotamiā atq; assyriā mōtes ī armęnia memorāt̄. Moschici q supra ptē pōti ad cappadociā se efferūt pariades ī quo fōtes habēt Euphrates & araxes

Antitaurus qui ab Euphrate ſciſſus: & Mediam percurrens Armoeniam poſtremo albus appellatur. Cordica ex quo Tygris oritur: & in paludem Toſpitis defertur. Taurus ac Niphates qui Meſopotamiam atque Aſyriam ab armoeniis diſterminant. Caſpii qui uergunt ad Medos: & Caucaſi qui Septentrionilia hyberiam uerſus Albaniamque concludunt: Flumina quatuor nominantur. Cyrus qui monte ortus Caucaſo: a ſiniſtris hyberiam Albaniamque dimittens: Armoeniam a dextris in hyrcanum defertur pelagus. Araxes ex pariade (ut diximus) cadens diu ad ortum excurrit: deinde ad Septentrionem flectitur: & longum iter Emenſus in duos diuiditur amnes: alter Borealem tenens uiam in Cyrum cadit: alter ad orientem uerſus mare Caſpium petit. Euphrates eodem monte dimiſſus ad Moſchicos uſque montes: & Cappadocum limitem in occidentem excurrit: ibi uerſus ad auſtrum non paruum iter efficit: & Antitaurum offendens apud Armoeniam minorem eum interſecat: Pergenſque recta in meridiem melan: in ſe fluuium accipit: ex Arga monte cadentem. deinde taurum attingit quod Sciſſo Syriā a dextra: Meſopotamiam a ſiniſtra cadens in Arabiam uſque deſertam prolabitur: multum in meridiem prouectus. Deinde in orientem ac Septentrionem uergens Babyloniam Meſopotamiamque diſterminat: rurſuſque auroram petens non procul a Seleucia in meridiem flectitur: peractoque non paruo curſu apud Apamiam denuo in orientem currens miſcetur Tygri: & cum eo in Auſtrum flexus perſicum ingreditur Sinum. Tygris quoque in Armoenia naſcitur ex monte Cordica: de quo alio loco dictum eſt ſecundum Iulii Solini conſcriptionem. Nos (ſi deus dabit) alio loco ſecundum Ptholomeum de ipſo dicemus: & paulo inferius ſecundum Strabonem. Regiones Armoeniorum nomem habent prope Moſchicos montes. Cotharena inter Cyrum

& Araxem . Thotena ultra pariadem montem uerſus Boream .Sacapena apud euphratē qua uergit in cappadociā Baſiliſene : & iuxta eam orientē uerſus obordma:apud Antitaurum in Boreali parte ſophena:& illi contigua Aſtannetis ad ortum inter Album & Niphatem montem. Cagrandanena & chorea circa Chordicam montem.Gordena & Toſpitis circa paludē eiuſdem nominis:& demū Anzitena inter Taurum & Antitaurum:nō procul ab Euphrate paludes tres inueniuntur : quę magnę exiſtunt . Toſpitis quam Tygris ingreditur.Arſiſſa quę non procul a Caſpiis montibus inuenitur:& limitis araxi fluuio proxima oppida quam plura referuntur : uerum ſine dignitate a ptholomęo qui tantum nomina ponit.Paralleli qui per Byzantium & heleſpontum feruntur mediam quodammodo Armoeniam interſecant: Quę nunquam Auſtralior eſt Parallello qui per Rhodum deducitur: neque illum attingit a quarto climate in ſextum uergens: quod minime aſcendit . tantum eſt quod nobis de armenia Ptholomęus inſinuat . Profuſior & ſuauior Strabo eſt quem referre haud quaquam pigebit :ſecundum quē Armoenia nuſquam extra Taurum ad Auſtrum porrigitur:Sicut nec Mędia Auſtrales Armoenię partes Taurū obitiunt : qui eam ab omni regione dirimit : quę inter Tygrim eſt atq; euphratem.Meſopotamia dicta . Orientales maiori Mędię:& Atropacię ſunt contiguę. Septentrionales montes ſunt Paracoathię caſpio mari imminētes . Item Albani & hyberes & Caucaſus qui gentes has circuit:& Armoenię & Moſchicis & olchicis montibus coniungitur:uſque ad eos qui Tybarni appellantur. Ab occaſu ſunt gentes hę atque Pariadra & Cidiſſa uſq; in Armęniam minorem & fluuialem Euphratis regionē:q̄ Armęniā a Cappadocia dirimit.& Comagena montana fere ſed aſpera eſt Armęnia paucis exceptis mediam uerſus :ac propterea cum diluuium deſedit.Arcam Noę in

Arca noe ĩ mõtib; Armenie p° besisse sacra tradit historia

mõtib⁹armenię terrę primũ besisse sacra tradit historia.
Taurus mons ab ulteriore Comangenorum & Mędia-
norum regione incipiens in armoeniam erigitur. Masius
quoque ex Mesopotamia & Austro Armoeniam irrum-
pit: inter quem & Antitaurum est Sophina regio cuius
regia est Carcatiocerta. Antitaurus autem ab Euphrate
Tauroque initium sumens: ad orientales Armoenię ptes
desinit: cui ad alteram partem Acilesina ē: ĩter taurum &
Euphratis Mesopotamiam sita priusquam is ad Austrũ
deflectat. Masio orientem uersus iuxta Gorgodilenam
Niphates mons imminet: de hinc Abus: quem Ptholo-
męus album appellare uidetur: Ex quo Euphrates & Ara
xes fluunt. Deinde Nibarus usque in Mędiam extendi-
tur. Multi montes & multi colles sunt in Armoenia: in q
bus non facile uitis nascitur. Multę etiam conualles: alię
modicę: alię opulẽtę quemadmodum campus araxinus
per quem Araxes fluit. Est & Sacasena regio quam existi
mo Sacapenam uocari a Ptholomęo: Albanię & cyro flu
mini finitima. Deinde Gorgarena fructibus ac domesti-
cis arboribus affluens: & his quę semper uirent. Fert etiã
oleam. Faunena quoque armoenię pars est: & Orchisena
quę equis abundat. Corzena & cambisena quę septentri
onales & ualde Niuales sunt: Caucasis montibus & Hy
berię & Colchidi contiguę: Vbi iter agentes in summis
montium cacuminibus niue obrui dicunt: quę ibi pluri-
ma cadit: ob quam rem baculos secum ferunt: quos in sũ
mam niuem dilapsi respirandi gratia exerunt: & ut eo si
gno auxilium a transeuntibus consequantur: quapropt
sępe offossi seruantur. In niue glebas quasdam concauas
congelascere prodiderunt: aquam optimam tanquam in
tunica cõtinẽtes. Multi amnes sunt in Armęnia: Sed Cla
rissimi Phasis & lyc⁹ ĩ mare põticũ exeũtes. In Caspium
Cyrus & Araxes emittunt. In rubrum mare Euphrates
& Tygris. Araxes ex monte Abo descendens ad oriẽtem

Eufrates et araxes fl. ex albo m. oriunt

Multi mõtes multi coles ĩ Armenia sunt

eqs habũdat

illatus usque in Atropaciam ad occasum Septentrionemq; deflectit: & primo Azara preterlabitur: deinde Artaxata Armoenię urbes: Postea per Araxinum campū in mare caspiū emittit Euphrates a Boreali tauri parte qua Abus uocatur. Exoriens primo per Armoeniam fluit occidentem uersus. Deinde ad austrum flexus inter Armoenios & cappadocas taurum recidit: egressus uero cum prope Syriam peruenerit ad hyemales ortus reuertitur usque Babylonem: & ad Tygrim Mesopotamiam efficit: & ambo in Persicum Sinum finiunt. Arsinus lacus est in Armoenia quem etiam Toarim uocant: Nitrosus unde uestes dilacerat: ac rumpit & propterea eius aqua non bibitur. per hanc lacum Tygris fertur: & a montana regione iuxta Niphatem ruens propter celeritatem undam impermixtam seruat: unde & nomē habet. Nam Mędi (ut ante diximus) Sagittam Tygrim uocant. Lacus hic uarios pisces fert: in interiore lacus recessu flumen in uoraginem quandam incidens lōgo spatio subter terram delatum iuxta Calonetim exoritur: inde iam ad opā & Semiramidis murum defertur: a dextris Gordicos & totam Mesopotamiam relinquens: e contra Euphrates a sinistra eandem regionē habet. Cum uero inter se iam appropinquarint: ac Mesopotamiam fecerint: alter per urbem Seleuciā fertur Persicum sinum uersus: alter per ipsam Babylonem Mantianis lacus qui Ceruleanus interpretatur in armoenia magnum nomē habet: & post Meotim maximus creditur: Qui usque in Atropaciam progreditur: & salis habet fontes. Armoenię clarę urbes habitę sunt: Artaxata quam Hanibal Artaxię regi condidit: & Araxata: ambę propter Araxē: araxata iuxta fines atropatię. Artaxataa pud Araxinū campum bene habitata: & regionis eius caput iacens ī flexu quodam qui peninsulam facit: pro muro flumen opponens pręter Histinum quem uallo & fossa diuisum habuit: nec procul ab urbe castella quędam munitissima fuerunt: Barbisa & Olana ubi Tygranis & Artabassi Thesauri custodiebantur: regionis latitudinem Theophanes Schoenorum centum esse tradidit: longitudinem

Tigris & araxes fl. ex abo m. i caspiū mare emitit

Eufrates fl. a boreali parte ex abo m. q tauri ē fluit usq; babiloniā & ad Tigri fl. & ābo ī psicū s. finiunt

Arsinus lacus ē ī armenia quē etiā toasī vocat per hūc lacū Tigris fl. fertur & p celeritatē nō miscetur ī eo

Medi Tigri fl. sagitta vocāt

Tigri fl. ubi se absorbet & ubi surgit

Mantianis lacus q ceruleanus interpretatur ī armenia magnū nomē hēt & post Meoti max. creditur

ubi tygranis & artabassi Tesauri custodiebātur

auri & metalla apud armenios // fodiebant in sispiretide regione apud cambala

metalla que opadix dicitur / quam colorem A. vocat

Ar. apta est pascendis equis

nisei equi quibus persarum reges utebantur

duplam: qua dragenum stadiorum Schoenum faciens: in quo ueritatem transgredi uidetur. Est tamen ueritati proximum ponere longitudinem ab illo dictam: latitudinem dimidiū uel paulo plus: effodiebant & auri metalla apud armoenios in sispiretidę regione apud Cambala ad quę Alexander Memnonē cum militibus misit. Fuerunt & alia metalla eius scilicet quę opandix dicitur: quam Armoenium colorem uocant: Calcbe uirgultos persimilem ut feniculum est: nec minus Armoenia pascendis equis apta est quam mędia. Vnde nisei equi quibus persarum reges utebantur: binc fuisse creduntur: & Armęnię prębectus quot annis regi persarum uiginti millia pullorū in pboebeis sacris mittebat. Artabazus Antonio pręter alios equos Catbapbractorum instructorum sex millia ostēdit: quā do in mędiam cum illo simul rerupit: quorum equorum non medii solum: & Armoenii studiose fuere: sed etiam Albani: nā & illi catbafractis utebantur. Opulentos fuisse Armoenos bic documentum sumitur: quod cum pompeius Tygrani patri Artabazi sex millia talentorum argenti scripsisset: Mox Romanorum copiis uiritim distribuit. Militi qnquagenas dragmas centurioni millenas singulis pręfectis puintię: & Cbiliarcbis talentum. Tradunt Armoeniam cū prius parua esset ab Artaxia & Zaliadra auctam qui magni Antbiocbi imperatores fuere: quo superato: alter Sopbine: & Acisenem: & odomantidi: & quibusdam aliis locis: alter regioni quę circa Artaxata est imperantes multum coaluere: & uicinis loca plurima abstulerunt. Mędiis Caspianam & pbarnitem: & Basoropedam biberibus circum montaneam Peadri regionem: & corzenā: & Gogarenam trans Cyrum Calibum gentibus: & mosinoicis Parenitam: & Xerxenā quę Armoenię minori cōtermine uel eius ptes sunt. Catbaonib⁹ adissienā: & regionē q̄ circa antbitaurū ē. Syris uero Tbamonitā adeo ut cuncti lingua utantur eadē. Armoeniorū mores nō multum a mędis alieni fuerūt: & circa religionem qdam Armoeni: mędiq; psarū ritū seqbant. Coluerūt tamē armoenii Tbanaidem quandam deam pręcipuo &

Armeni & Medi persarum ritum sequebantur

Armeni Tanaidem deam coluerunt

ſinguli cultu eiq; plurima templa ędificarunt:tũ in acileſina: tũ in aliis locis: dedicabantq; illi non ſolum ſeruos ac ſeruas: uerum etiam nobiliſſimorum hominum filias quibus lex fuit ut diu apud Deam ꝓſtitutę nuptui darentur:nec erat q talibus renueret cõiugari. Armęniacam ueſtem ideſt lõgas tunicas ex Theſalia ſumptã putant. Equitandi quoq; ſtudiũ tam Armoeniis q̃ Mędiis Theſalicũ eſſe. Armęnius ex Armęnia Theſalię urbe quę inter feras iacet: & lariſſam iuxta Beida unus ex numero Ducũ Iaſonis recollecta multitudĩe: quę amiſſo Iaſone rege paſſim uagabatur: Armęniã occupauit:eiq; nomen & mores dedit:ob quã rem maxime circa ueſtitum Armoenii Theſalos ſecuti ſunt:qui longas ueſtes geſtauerũt:cum ĩter omnes gręcos ualde Boreales eſſent: & frigida incolerẽt loca. Dicuntur etiã traces qdã Sarapate appellati idẽ decapitatores ultra armoeniam habitaſſe ꝓpe guramos ac Mędos mõtani homines: brachati indociles & ĩmanes. Poſt uetuſtiores illos Armoenii ſucceſſores pſę Armoeniã inuaſerunt. Poſtea macedones qui Syriã mędiamq; habuere. Poſtremus Orontes & hidarni genere:unius ex ſeptem perſis. Poſtea ab imparatoribus magni Anthiochi qui cum Romanis bellum geſſit. Artaxia & Zariadra quorum paulo ante meminimus in duas partes diuiſa ẽ. hi enĩ permittente rege impauerunt:quo ſupato Romanos adorti ac reges appellati:magnum ſibiipſis nomen fecere:e genere Artaxię fuit Tigrãnes:is qui eam habuit:q̃ proprie Armoenia ẽ appellata. Ea mędiis Albanis: & hiberibus contigua erat uſq; in Colchidem & Cappadociam: quę iuxta euxinũ eſt. Ex adriada fuit Arthanes Sophinus qui auſtrales partes habuit:eas maxime quę uergunt ad occidentem. hic a Tigrane deletus eſt:q quanquam rerum omnium potitus:uaria tamen fortuna uſus eſt. Nam in initio apud parthos obſes fuit. deinde ſeptuagĩta Armęnie uallibus in ꝑciũ datis reuerſus eſt. Auctus uero ea loca recepit: & Parthorum regione uaſtata Perinium & loca circum Arbela Atropatinum quoque & Gordicum regulos: & cũ his reliquam Meſopotamiam ſubegit. Pręterea Syriam Phoeniciam ui cępit. Euphratem tranſgreſſus elatuſque animo

penes hyberiam urbem ędificauit:quam Tigrano certa appellā uit:inter hyberiam & Euphratis pontem prope zeugina mediā hominibus duodecim gręcarum urbium a se euersarum in ea congregatis. Sed lucullus q aduersus Mythridatem bellū gesſit continuo subsecutus habitatoribus in sedes suas dimissis: opus quod adhuc erat imperfectum facto impetu demolitus est:atque in paruum uicum redegit. Tigrane ex Syria ac Phoenicia pulso uictus in ponto a lucullo. Mythridates desperatione rerum suarum coactus ad Tigranem Armoenię regem confugerat: Lucullus in Armoenia profectus Mythridatem & tigranem: & ingentes utriusq regis copias pluribus prędiis fudit. Sed ne summā uictorię imponeret seditio militum impedimento fuit. Cn. Pompeius ei suffectus pharnacem Parthorum regem aduersus Tigranem armauit: Tigranemq filiū aduersus patrem bellum gerere suasit: Ipse Mythridatem nocturno pręlio aggressus:uictum ac profligatum in Bosforum profugere compulit. Moxque Tigranem in deditionem accepit: & adepta Syria Phoenice ac cilitia in Armoenia regnare p misit. Artabasus autem Tigranis filius:quam diu māsit ī amicitia populi Romani tam diu fortunatus fuit. Postea uero q̃ Antonium in Parthico bello hostibus prodidit perfidię pęnas dedit. Expeditionem enim Antonii in mędiam non loci natura grauem reddidit:sed uiarum dux Artabazus Rex Armęniorum quem ille sibi insidiantem consilii participem fecit: ac bellicę sentētię compotem. Ingressus mędiam Antonius cum legionibus peditum decem & octo & sexdecim millibus equitum bellum intulit Parthis: & cum duabus legionibus amissis nulla re prospere cedente retro rediret:insequentibus Parthis ab Artabazo per deuia & aspera loca deductus: multa incommoda perpessus est: quanuis & desiderium cleopatrę maioris incōmodi cā fuerit. Nolens enim in armoenia hyemare octo millia hominum tempestatib9 amisit. At cognita quāuis sero Artabazani fraude eum cępit uinctumq duxit Alexandriam & contumeliose per urbem circunlatum:postremo in carcere necari iussit:regnumque Armoenię filio suo ex cleopatra naro

cōcessit: Mithridates tamē alius ex genere Tigranis armoeniā obtinuit: Quem Cęsar Augustus captum uictumq; Romam deduxit: eius Pharasmenes hyberorum Rex regnāte claudio nuntiauit Parthos qui Armoeniam occupauerant inter se discordes esse: magnisq; bellis implicitos facile posse Armoenia detrudi: si Mithridates eo mitteretur. Annuit claudius mithridates in orientem profectus armoeniam occupat ui militis Romani fuso qui prelium comittere ausus erat. Demonacte prefecto paululū cunctationis attulit Rex minoris Armoenię chotis: sed illo litteris Cęsaris cohercito cuncta in Mithridatem fluxere: atrociorem quam nouo regno conduceret. Bardanes qui gottharze expulso parthorum imperio potitus erat: Armęniam recuperare aggressus a Iulio Marso Syrię legato bellum minitante cohibitus est. Nec diu post inter Armoenias & Hyberos bellum exortum est. Quod etiam Parthos ac Romanos inuoluit. Pharasmenes ut diximus hyberis impabat: frater eius Mythridates Armęniis pręsidio Romanorum. Radamiscus Pharasmenis filius simulata aduersus patrem discordia tanq̄ nouercę odiis impar pegre ad patruum Primoresque Armoeniorū ad res nouas illicit. Deinde spe reconciliationis ad patrē reuertitur: paratasq; insidias aperit. Pharasmenes bellum mythridati indicit: causas confingens quod sibi aduersus regem Albanorum & Romanos noluerit opem ferre: copiasque filio tradit: qui subita irruptione mythridatem campis exutum in castellum gorgoneas compellit militibus & loco tutum. Cęlius Polio militibus pręerat: & cum eo Cēturio Casperius uiri Romani: oppugnat frustra castellū: sed auaritia pfecti spē hosti facit. Cēturio resistit tēpusq; paciscit: ut ad pręsidem syrię quadratum res referatur. Polio impatiens milites corrupit: ut pacem flagitent. Compulsus Mythridates diem locumq; foederi accipit: Ibi mox Cathenę & compedes ei iniciuntur. Pharasmenes cui regni cupido fratre potior: ac filia fuit non ferro aut ueneno: sed multa grauique ueste opertos & humi proiectos: Mythridatem ac uxorem necari iussit: filii quoque truci dati sunt: quia parentum cędibus illachrymauerant: atque ita

magna mysería mitridatis

perfidus Rex neq; fratri:neq; filię:neq; nepotibus pepercit. Quadratus qui Syrię pręerat mittit ad Pharasmenem:iubetq; a finibus armęniis filium abstrahere. Iulius pelignius ignaui animi ac ridiculo corporis iuxta despiciendus Capadocię pro curator erat Claudio perquam familiaris: his cõtractis auxi liis prouincialium:tanq̄ recuperaturus Armoeniam dum soci os magis quam hostes prędatur:abcessu suorum & incursan/ tibus Barbaris pręsidii egens:ad Radamiscum uenit:donisq; eius euictus ultro regium insigne sumere cohortatur:sumenti que adest auctor & satelles eluidius priscus legatus cum legio ne montem taurum transgressus redire in syriam iubetur. Vo logeses Parthorum Rex materna origine ex pellice gręca nat⁹ fratrem suum Tyridatē in armoeniam deducit: Pulsisq; sine Acie hyberis Artaxata & Tygranocerta Armoeniorum urbes occupat: fratriq;tradit. Sed hyeme superueniente parū prouisis comeatibus: & Tabe exorta ex armoenia recedit. Radamiscus reuertitur truculentior q̄ Antea:qui dum uastare agros pgit: & multa crudelitate utitur subiectorum conspiratione in pericu/ lum adductus:pernicitate equorum cum coniuge simul militā te saluatur:quę grauida primam utcunque fugam: & metum hostilem mariti caritate tolerauit. Post festinatione continua ubi quatit̃ uterus: & uiscera uibrantur: orat ut morte honesta contumeliis captiuitatis eximatur. Radamiscus amplecti Alle uare adhortari:modo uirtutem admirans:modo terrore ęger ne quis relicta potiret̃. Postremo uiolentia amoris & facionrum non rudis distringit Acinacem uulneratamque ad ripam Ara/ xis trahit:fluminique tradit:ne corpus etiam auferetur ip̄e prę ceps p hyberos ad patrium regnum puadit. Interim Zenobiā id muliebri nomē placida illuuie spirātē:ac uitę manifestā ad uertere pastores: & dignitate formę:aut degenerem reputantes obligāt uuln⁹:agrestia medicamīa adhibēt̃ cognitoq; noīe & ca su ī urbē Artaxatā ferūt:inde publica cura deducta ad tyridatē comiterque excepta cultu regio habita ē. Nero q claudio suc/ cessit cognitis q̄ in armoenia gesta erant: legiones oriētis iuuē tute supplet: & ppe armoeniā collocari iubet. Mittit̃ corbulo q

partē exercitus ab humidio quadrato suscipiēs rebus afflictis consulat: exoritur ī tempore ęmulus uologeso filius: Bardanis abscedunt Armenia Parthi tanquam different bellum: traduntᷓ obsides nobilissimi ex familia Arsacidarum & prior solitaqꝫ reuerentia in Romanum populū a uologese īnouatᷓ: gloriā facti Quadratus in se trahit: cuius centurio obsides accepit Corbulo sibi uendicat: quia nō prius cōuersus rex obsides dederit ꝗ ipse dux bello delectus spes eiꝰ ad metam mutauerit: sed nō diu postea bellum resumitᷓ. Cum uologeses Tiridatem fratrē in Armenię regno solidare uellet: Corbulo dignū duceret Partha a lucullo: & Pompeio recipere armenii dubia fide utraqꝫ arma inuitabant situ terrarum similitudine morum Parthis propriores connubiisqꝫ permixti: ac libertate ignota illuc magis ad seruicinm inclinantes. Thyridates ope uologesi fratris adiutus Armeniam īfensat: ubi Romanis fidos esse arbitratur. Corbulo ꝑsidiū impartitur: oppressis & regem Anthiocū ꝓximas sibi ꝑfecturas petere monet. Pharasmenes interfecto filio Radamisto quasi ꝓditore suo quo fidem in Romanos testaretur uetus aduersus Armenios odium pompeius excercebat. Tyridates spe delusus: per oratores queritur: cur datis obsidibꝰ armenia pellatur. Corbulo suadet ad Neronem mittat regnūqꝫ petat tractatur de colloqo: neqꝫ cōuenitᷓ. Interea Corbulo oppidum uolandū ui capit: Et trucidatis puberibus militi dirripiendum concedit. Artaxatam caput gentis Armenię cuius Męnia ut ante diximus Araxis abluit ultro se de dentibus oppidanis cum sine ualido ꝑsidio retineri nō posset igne deleuit: ac solo ęquauit. Barbaros ad speluncas confugientes fumo & igne cōsumpsit. Mardos suo more latrociniis Armeniam infestātes immissis hyberis uastauit hostilemqꝫ audaciam externo sāguine ultus est. Tigrano certa petens auream coronam a ciuibus oblatam accepit: dataqꝫ populo pace ꝑsidiū quod ferox iuuentus clauserat nō paruo certamine expugnauit. Hyrcanorū legatos qui ad principem Romanum societatē contra Parthos oratum ierant: regredientes ne transgressi Euphratem hostium custodiis circūuenirentur: dato ꝑsidio ad littora maris Rubri

deduxit. Vnde uitatis Parthorum finibus patrias sedes remea uere. Tyridatem per medos extrema armenię intrantem abire ꝑcul: & specie belli amittere coegit. Interea tigranes ex nobilitate Cappadocum regis Archelai nepos qui diu Romę obses: & usque ad seruilem patientiam dimissus fuerat ad cappessendum armenię regnum a Nerone delectus cum pręsidio Romanorū militum Euphrate transmisso armenia potit᷑ .rebusq₃ secunde cedentibus a diabenos cōterminam nationē uastat. Monabaz⁹ quem penes adiabenorum regimen erat auxilium a Parthis petit. Tyridates quoq₃ armenia pulsus ne deseratur erat Vologeses: & adiabeno & fratri auxilia decernit. Monesemq₃ aduersus Tigranem ducem declarat: qui & si in famā sui ꝑiret: nō tamen incautum Tigranem offendit: cui corbulo qui iam Syriam acceperat morte binnidi legati uacuam duas legiones auxilio miserat: reliquas ꝓ ripa Euphratis locauerat. Tigranes igitur in tigranocerta sese recepit copia defensorum: & magnitudine męnium ualida quorum partem Nicepharius amnis aut spernēda latitudine ambit ibiq₃ obsessus est. Corbulo caspium centurionem ad uologesem mittit qui obsidionem solui iubeat. reperit᷑ rex apud Nisibim oppidum septem & triginta millib⁹ passuū a tigranocerta distans: qui acceptis corbulonis mādatis missurum se ad imperatorem romanum legatos dicit super armenia petenda: & firmanda pace: & nihilominus Monesem Tigranocertam dimittere iubet. Scripserat pauloante corbulo ut ꝓpri⁹ dux ad res Armenię mitteret᷑. Nero Cesenniū Petum cū quattuor legionib⁹: & Galatharū cappadocumq₃ auxiliis eo trāsmisit legatis parthorum absq₃ spe ulla remissis. Reuocauerat pręsidia ex tigranocerta Corbulo: & parthi urbem inuaserāt. Pet⁹ transmisso tauro in armeniam gloriabundus exercitum duxit. Captisq₃ quibusdam castellis glorię ac prede nō parum nactus erat: si aut gloriā cū modo: aut predā cum cura habuisset. Sed corrupto qui captus erat cōmeatu: & instante iā hyeme reduxit exercitum. Magnifica de se ipso Cęsari scribens quasi iam bellum confecisset. Parthi interea in syriā irrumpe conati a corbulone cum Euphratis transitu ꝓhiberentur in armeniā uerterunt

Nesciumq; petum atq; improuisum magno & ĩfenso agmine inuadunt. Petus quasi prędio certaturus obuiam ꝓcedit: deinde amisso centuriõe & paucis militibus quos uisendis hostiũ co pus pmiserat trepidus remeauit. Tria millia peditum proximo tauri iugo imponens: quo transitum regis arceret. Alares quoq; pannonios Robur equitatus in parte campi locauit cõiugem: & filium in castello cui Arsamosata nomẽ erat data in pręsidiũ coborte abdidit. Sed uologeses nibil mutato consilio: ui ac mi nis Alares exterruit legionarios obtriuit: ipsumq; petũ obsedit qui cognito periculo missis ad corbulonem precibus auxilium petiit: Sed minime expectauit. Nam dum corbulo per comage nam & cappadociam in Armeniam ducit ad colloquium cum uologese ueniens pſente Monabazo adiabeno ita conuenit: ut liberatis obsidione legionibus: omnis miles finibus Armenio rum decederet: Castellaq; & comeatus parthis traderentur: fie retq; copia Vologesi mittendi ad Neronẽ legatos. Petus una die quadraginta millium spacium emensus: desertis sautiis ad ripam Eupbratis corbulonem obuium babuit: Pauca ĩter se lo cuti sũt: corbulo irritum laborem questus est potuisse parthos deleri si expectatus fuisset. Petus integra utrique cuncta respõ dit cõmitterẽt aquilas: & uicti inuaderent Armeniam abscessu uologesi infirmatã. Corbulo non ea impatoris mãdata dicere incertumq; esse an Syriam parthi repeterẽt: eo quod reuersus ẽ Petus qui cappadociã bybernauit. Vologeses corbuloni man dat castella trãs eupbratẽ facta detrabat: amnẽq; ut olim mediũ reddat ille Armeniã diuersis pręsidiis uacuam fieri expostulat. Verq; paret inter bęc legati uologesis Romam ueniunt: arme niam petentes: cuius possessionem Dii potentię populorum Ar bitri Partbis tradidissent offerentes Tiridatem accipiẽdo Dya demati in urbem uenturum. Nero ut ĩtellexit uacuam Roma no milite armeniam: & Partbos petere qd' babebãt bellum ma luit reuocatoque cũ ignominia Peto corbuloni eam potestatẽ dedit quã olim. Cn. Põpeio Bellum Pirratbicũ gesturo traditã ferunt. Corbulo congregato magno exercitu Eupbratem tran smittere parat Tiridates: & uologeses legatos ad eum de pace

mittunt: nec Corbulo superbe respondet: tempusq; tractando trabit. Interim Magistanas armenios qui primi a Romanis defecerant suis sedibus pellit: Castella eorum excidit. Plana edita ualidos atque inualidos pari metu complet: Vologeses inducias petit. Tyridates locum diemq; colloquio poscit tempus propinquum: locus in quo nuper obsesse cum Peto legiones erant ubi ad colloquiũ uẽtum est. Viso Corbulone rex prior equo desilit: nec cunctatus Corbulo: sed pedes usq; dexteros miscue ere. Romanus laudat iuuenem quia omissis p̃cipitibus cõsiliis salutaria capesseret ille de nobilitate generis multa prefatus: denique iterum se Romam dicit laturumq; nouum Cesari decus non aduersis Partborum rebus supplicem Arsatidem. Tũ placuit Tiridatem ponere apud effigiem Cesaris insigne regium: nec resumere nisi manu Neronis Paucis inde dieb9 interiectis magna utrinque spe inde eques compositas per turmas: & insignibus patriis. binc agmina legionum stetere: fulgentibus aqlis signisq;: & simulacris deum in modum templi. In medio tribunal sedem currulem: & sedes effigiem Neronis sustinebat: Ad quã progressus Tiridates Cesis ex more uictimis: sublatum capiti diadema imagini subiecit magnis apud cũctos animorum motibus quos augebat ĩsita adbuc oculis Romanorum cedes aut obsidio. At nũc uersus casus iterum Tyridatem ostẽtui gentibus quasi Captiuum dedit: atq; in bunc modum q̃uis Armeniam Partbi possiderent: Romanis tamen Auspiciis imperabant. In temporibus autem religiosi principis Cõstantini Armeni Cbristiani effecti sunt. Aiunt enim Tyridatem tunc gentis illius regem ex quodam mirabili signo circa domum suam diuinit9 ostenso Cbristi baptismum suscepisse: qui simul oẽs sue dicioni subiectos una p̃ceptiõe iussit: ut similiter deo colla sũmitterent. Ex quo factum est: ut ad finitimas quoque gentes cbristianũ dogma trãsiuerit: & multitudĩe dilatatũ sit: quorum Comercio etiã p se rudimenta fidei susceperunt sicut postea suo loco dicetur.

causa p quẽ armeni xpani facti sunt e q tpre

Heronnesus deinceps scribẽda est magna illa: & illustris Armenie maiori cõtinua: & ad belespontũ usq; porrecta:

dictũ e de Armenia nũc de Asia minore que nũ Turcia dicit

quã pleriq; asiam uocauere :nõ illam cui in orbis terrę diuortõ tertiam dedimus partem. Sed minorem ac ꝓpriam: & in ea cõpbensam quanuis angustioribus inclusa limitibus tertio loco proxima ponitur .M. Agrippa ut ē apud plinium minorē asiã in duas partes diuisit: unã inclusit ab oriente Phrygia: ac lycaonia ab occidente: Egeo mari Aegyptio a meridie a septentrione Papblagonia cuius longitudinem quadringentis & septuaginta millibus passuum patere uoluit latitudinem trecētis & uigin Alteram terminauit ab oriente Armenia minore: ab occidente Pbrygia lycaonia ac Pampbilia :a septētrione ꝓuintia Pontica a meridie pampbilio mari longam quingētis septuagintaq̄nq; millibus passuum: latam trecentis uiginti quinq; millib9. Quo iudice nusq̄ asia Euxinum attingit: Mõ Papblagonib9: modo Ponticis gentibus septentrionem obsidentibus: nonnulli Asiã inter Euxinũ: & Taurum cõclusere ab bellesponto. Egeoq; mari ad balim usq; fluuium: & Cappadocię limites extensam uniuersas in medio gentes cõplexam quibus Croesus imperauit. Quem Herodotus gentium dominium appellat quę cis balim existunt. Alii longe minorē propriam Asiã tradidere: pręcipue Ptbolomęus. Cberonnesum uero triquetram pleriq; dixerunt tanquam minima extimatio eius latoris facienda sit per quod ducitur Iscbinus qui tamen nusquam tria millia stadiorum cõplectitur: quanuis plinius ducēta millia passuum ei attribuerit.

Artbemidorum forsitan secutus qui mille & quingēta stadia ponit: Verum Iscbini lineam: alii a Sinopēsi ora: alii ab amiisē sy in cilicum pelagus: & Isicum sinũ producunt: q̄ descriptio magnam cappadocię partē extra Cberõnesum collocat. Nobis melior Ptbolomei sētētia uisa ē: qui Cberõnesi buius Iscbinũ Paulo ultra Trapezuntem incipiens per moscbicbos montes ad Eupbratem ꝓducit: ac fluuium ipsum per Antitaurum & occurrētes minoris: ac maioris Armenię Campos ad Amanũ usq; recte fluētem sequitur donec Syriam attingat. Ex inlineam in occidentem per eiusdem amani montis iuga usq; ad Isicum sinum reflectit: nec nobis quicquam obliquatam lineam abiecerit: nam & qui ab amiso in Isicum Sinum Iscbinum accipiunt

Sinopico sinu

lineam non rectā sequuntur minus qui a Sinopico sinu cui nō Isicum sed pamphilium pelagus e regione opponitur: & Trachee cilicie littus: reliqua Cheronnesi latera mari undiq; alliunt aquilonare Pontico ab hostio Bosphori usque ī Colchidem. Australe primo Doriensi post liciaco mox Pamphilico deīde Cylico: & postremo Isico occidentale quoque multinomium euerberat mare. Intra Byzantiū & Calcedonē Bosphorus Tracius appellatur ubi lati se pelagus effundit. Propontis ē rursus in Angustiis helespontus ex ī magis: ac magis patens Egeū pelagus cui succedit hycariū: & deniq; nō pcul a creta Myrthoū multi in quolibet latere Sinus: & multe peninsule: sed nobiliores in occiduo. Longitudo lateris aquilonaris octo millium stadiorum ē reliquorū aliquanto minor. Tota Cherōnesus septētrionalior est. Parallelo q per Rhodum ducitur Australior est qui per Byzantiū: Si Paphlagonum & aliorū quorūdā pleraq; loca exceperis terra magna ex pte ad qntum ptinet clima pter qd' tēpe: ata ē: & frugifera pecori salubris & hōi. Ptholomeus totā Cherōnesū in partes octo diuisit. In prima Pōtū & Bithiniā locauit: duarūq; puinciarū apud auctores late memoratarū limites cōfudit. Secūdo loco Asiam circūscripsit: & ppriā nominauit Phrygiam ei misiāq; & alias pleras q; puītias āmiscēs. Tertio lyciā. Quarto Galatiā cui & Paphlagoniā: & lycaoniā & pisidie ptem adiecit. Quinto Pāphiliā. sexto Cappadociā. Septimo minorē Armeniā: cuius partes ita designauit ut intra Cappadociā haud dubie cōtineri uideat. Vltimā omniū ciliciā fecit: suos cuiq; pti termīos assignēs quos put cōmodū fuerit referem9. Strabo plurimas ptes fecit: & multas gētes: multasq; nationes cōmemorauit. De qbus suis locis quātū necesse fuerit explicabimus. Nobis aptissima totius Cherōnesi triplex ptitio uidet. Prior & nobilior ps ē Asia: que ab hellespōto usq; ad halim: & cappadociā porrigit et a mōte tauro i septētrionē uersa Pōto procūbit Euxino. Altera ē cappadocia q̄ īcipiēs ubi asia desinit orientē uersus ad Euphratē usq; pcurrit: & ab Euxino antitaurū supans usq; ad taurū: & Amanū mōtem ī meridiē extēdit. Tertia est oīs plaga q̄ a sūmis tauri iugis usq; ad mare

ptholomeus totā asian minorē in octo ptes diuisit.
p^a Pontū & bithiniam
s^a Asiam que phrigiā Misiā & c.
3^a Lician
4^a Galatiā P. L. & pisidie
5 Panphiliā
6 Capadociā
7 M. Armeniā
8 Cilician.
Strabo plurimas ptes fecit
Actor istius solū tres. vz
p^a Asia
2 Capadocia
3 oīs plaga q̄ a sūmis tauri m. iugis usq; ad mare

fl. hali
m. tauri
fl. eufra
m. tauri
m. amanū

i'anstrũ uergit:hęc rursus trifariã diuiditur. Nã licia in hac pte cõtinetur & cilicia & Pamphylia:similiter & Asiã partimur: & Cappadociã. Asiam enim ꝓpriam seorsum ponimus & Bythiniam: & Galaciam:et minori Cappadocię minorem Armeniã: & oram ponticã subtrahimus. facillima hęc ptitio q̃ uel gẽtes respicit uel fluminum:ac montium naturales terminos. Verũ reges:ac populi qui rerum potiti sũt:pro sua quiq; libidine atq; Imperii magnitudine ꝓuinciarũ limites aut extenderunt aut coarctarunt quę res locorũ cognitioni maxime aduersa:scriptores non mõ obscuros:uerũ etiam ĩter se cõtrarios reddidit. Conandũ tamẽ est:ut q̃ a maioribus tradita sunt cognoscẽtes q̃tũ fieri põt noua etiã nõ ignorem⁹. Magnã igit̃ Cherõnesũ ut promissũ ẽ cõscripturi a Cappadocia sumem⁹ ĩitiũ q̃ orientalior ẽ Armenię ꝓxima. Ex in reliquas ptes ꝓsequemur nec ĩsulas memoratu dignas omittem⁹: quę asię ꝓpinquę sunt. Cappadocia mutationes plurimas accepit. Persę in duas satrapias diuisere. Macedones ex satrapis regna constituerunt: & ptim Cappadocię quę taurũ uersus est ꝓprie Cappadociã nominarũt: Alteram põtum Euxino expositã Cappadocię fiues queãdmodũ Ptholomęo placet occidẽtẽ uersus Galathę occupant: & Pãphiliorũ aliqui ad meridiem cilises p taurum mõtem: & Syriorũ quidã & Amanũ usq; ad Euphratẽ ad orientẽ. Moschici mõtes assurgunt & Armeni occurrunt: Euphratis accolę septẽtrionẽ Euxinus claudit ab Amiso usq; ad Aspori fluminis hostia. Paria ꝓpemodum Strabo de limitibus Cappadocię refert. Macedões & qui post eos ĩ cappadocia regnauere decẽ p̃turas cõstituerũt. Cęsar et senatus qui Archelao uita functo regnũ in ꝓuintiã redegerũt: unam addidere: eas nominare nihil suauitatis habet: quarum aliquę ad minorẽ Armeniã ptinent. Aliquę ad ipsã ꝓpriam Cappadociã:cui etiã is Aurię pars cõiũcta ẽ. Sed dixim⁹ Cappadociã tres partes habere:has nũc ꝓseq oportet: et primo de minori armenia dicendũ est q̃ oriẽtẽ respicit. Euphrati et maiori Armenię cõtermina. Australe eius latus ad Syriã spectat:et Amanum mõtẽ Boreale ad cidisse iugũ usq; ꝓpẽdit pharnacię ex trapezunti uicinũ quę ad occidẽtẽ uergunt ꝓpria cappadocia

nota de capadocia.

incipit. A. dicere de capadocia terminos eius.

galathe

Capadociã tres ptes hre dicimus & dicemus de minori Armenia

excipit in Armenia minori sicut Ptholomęo uidet: non parua pars est antitauri & Melitina regio quę psimilis ē Comagenę. Sola enim ex omni Cappadocia domesticis arboribus tota cō sita ē: & oleū fert: & monorati cum uinū qd' cū gręco decertat: hęc inter Cathaoniam & Euphratē iacet. Comagenę cōtinua & Sophinę opponitur maioris Armenię regioni admodū fertili. In hac Strabo ciuitatem nullam esse dixit: Sed castella in mōtibus munita: asseruitq; minorem Armeniam satis foelicem eē & semp a potentioribus occupatam fuisse: queādmodū Sophinam: occupatores autē interdū cū cęteris Armeniis amicitiā habuisse: Interdū p sese uixisse: qui & Caldeos & Tybarnos sibi subiicere mōtanos populos qui Cidissam incolētes: medii fuerunt inter Pontum & minorem armeniā. Mithridates Eupator quīq; & septuaginta Castella apud eos cōstruxit: & opes suas in illis uelut ī expugnabilibus collocauit. Sed manus humana qcūq; facit eadē destruit: nec ullū est homini tutū in terra refugium. Mithridates in his arcibus tādē a Pompeio clausus est: & tam diu īmoratus donec per obsidionē in Bosphorū fugere cogeret. Pōpeius circa haec loca in Armenia minori nicopolim cōdidit: quę postea optime habitata ē. Melas fluuius ex Argeo monte descēdens p minorē Armeniā in Euphratē exoneratur. Ptholomęus plurimas ciuitates: & aliquot puintias minoris Armenię cōmemorat: quarū australiorē orbisenam dicit amano monti ppinquā: & magis septentrionalē orbalisenam. Oręponticę cōtinuā Cathaoniā quoq; minori Armenię dedit. Sed nos Strabonē secuti eā Cappadocię relinqmus successu tēporis. minor Armenia taurū trāscēdit ciliciāq; cōplexa ē: cuius turci ętate nostra sub Caramāno duce īperiū tenēt. Armenia tamē minor ppriū ducē hēt christi cultorē q̄ ad nos āno supiore legatum misit: aduersus Turcos suppetias petitū. Armenii enī post accepta fidei sacramēta nūq̄ christū negauere: quis pcul ab apostolica sede cōstituti in errores aliquos īciderūt. Gotfrido autē & reliqs christianis ducibus q hierosolimā petierūt magno adiumēto fuere comeat⁹ ministrātes: & hostiū cōsilia atq; itinera ostendētes. Federicus Impator cognomēto Barbarossa qui

primus eius nominis impauit traiectis in Asiam copiis minorē Armeniam occupauit gesturusq; res maximas uidebat̃ nisi lauandi gratia perspicuum Amnem ingressus absortus aquis disparuisset: & uanas hominū cogitationes ostendisset.

fredericꝰ imperator cognomento barbarossa lauādo grā pspicuū fl. ingressus absortus aquis disparuit.

Appadocia q̃ maior: & ꝓpria dicitur ab orienti minore Armenia terminatur ab occidente lycaonia: & pte Gallaciȩ a meridie tauro monte: exquo Boream uersus usq; ī Comana ponti: & Amasiorū australia ꝓtenditur. Apud ueteres separati fuerunt a Cappadocibus Cabones tā̄q̄ alterius linguȩ genus Ariarates eos Cappadociȩ addidit qui primus Cappadocū rex est appellatus. Illi postea usq; adeo in Cappadocū linguam ac mores transiuere: ut nulla peregrinȩ gentis signa remāserint. Cathaonia plana est lata & cōcaua: & omnia fert p̄ter ea quȩ semp urent. Mōtes cū alii tum Amanus a parte Australi quȩ a tauro ciliciȩ quodāmodo auulsus est: & Antitaurus in cōtraria abruptus eam intercludunt ut Straboni uidetur. Sed Ptholomȩus Cathaoniam inter taurum & antitaurum collocat: ut qui taurū non ante Amanū uocat: q̄ Syriam attingat. Strabo etiā in cilicia Amanū appellat & Cathaoniȩ cōtra nothū oppōit. In antitauro qui p Cappadociā ad septentrionē inclinat: & orientis nō nihil apprehēdit. Cōualles ꝓfundo: & angustȩ sunt. In his Comana ciuitas fuit: & Bellonȩ fanum: et sacrorū seruorū: quos numine afflatos putabant ingens multitudo. Strabo cū ibi peregrinaret̃ supra sex millia se īuēisse testat̃ uiros ac mulieres. Tāta illic hominū turba obseqo demonū mācipata erat. Cathaones urbem incoluere: qui & si regi subditi erāt: sacerdoti tamē parebant: q & fani et sacrorū seruorū magna ex parte dominꝰ habebatur: ex progenie regum electus: & secūdo loco post regē in honore habitus. Sacrorū genus horestē cū sorore Ephigenia e scythia Taurica illic attulisse putabāt: quȩ Dianȩ Tauropolȩ uocabāt̃ creditus est: hic Orestes lugubrē comā deposuisse: atq; hinc ur bi nomē datū. Eā Sarus amnis īterfluit q p tauri cōualles deuolutus ad cilicū Cāpos: & subiectū pelagꝰ excurrit. Pyramꝰ amnis ut Ptolomȩꝰ existimat ī orbisena ꝓuītia quā minori Armeniȩ dedimus caput attollit: ut Strabo apud Cathaoniā e media

planicie:qui mox exortus nauigabilis est:nec diu currẽs memorabilẽ fossã ĩgredit̃:p quã aqua purissima magno spacio occulte sub terrã fert̃:deinde in sũmũ exoritur tanta ui ut ĩmergi superne uix hasta possit:cum thauro se adiũgit mirũ in modũ cõtrahit̃ fluuius: & mira est montis cesura p quã aquę ducitur alueus ĩminentes flumini petrę utrĩq; fere usq; ad mõtis sũma ptẽdẽtes duorũ triũue iugerũ spacio cõcauę sũt solũ qđ ĩteriacet totũ saxeũ ualde pfũdũ: & angustã rupturã in medio habet: ut eam canis ac lepus saliat: & fluminis qdẽ Alueus ad labrũ usq; plenus est:latitudine aquę ductus par:qui ppter obliquitatẽ & Angustias: & uallis pfunditatẽ tanq̃ tonitru pcul exaudit̃ montes egressus tantũ limũ in mare deuoluit partim ex Cathaonia ptim ex cilicię campis:ut non ab re carmina illa in modũ oraculi ferãtur. Tẽpus erit Rapidis olim cũ pyramus undis. In sacrã ueniet cõgesto littore cyprũ. In sargausina p̃tura quę licaonię uicina est oppidũ fuit herpa apud flumẽ Carmalã qđ in ciliciã emittit: & Arg⁹ munitio alta iuxta taurũ : & nora q̃ postea Noraxus dicta est ĩ qua Eumenes obsessus dũ restitit: & postea Sisinus thesauros habuit:Is qui Cappadocũ Impium adortus ẽ cuius regia fuit Cadena in modũ urbis ędificata: & in mõtibus lycaonię sita. Sauera quoq; olim uicus fuisse dicitur qui postea magnifice ędificatus regionis metropolis extitit in morimena regione Iouis fanũ celebre fuit:in quo sacrorũ seruorũ fere tria millia habitabant: qui cũ crederent deo seruire demoni famulabantur. Sacerdos eius sacram regionẽ habuit admodũ fertilem ex qua puentũ annuum accepit talentorũ quindecim: & durãte uita sacerdotiũ tenuit queãdmodũ Coman⁹ secũdus post illũ ĩ honore habit⁹. In thianẽsi p̃tura Thiana urbs fuit thauro subiacens qui apud Cilicas portus est ad quas montium cacumina in ciliciã ac Syriam tendẽtia facillima sũt: & omnibus cõmũia. Ptholomęus thianam urbem & pręturam ab ea dictã ad Boreales ãtitauri ptes collocauit. hęc urbs aggeri Simiramidi subiacuit optĩe munito:nõ pcul hinc Castabala fuerũt: & cibistra oppida mõti ppiqua. In castaballis fuit Dianę p Asie fanũ:ĩ quo sacras mulieres sup pruinas nudis ĩgredi pedib⁹ illęsas crediderũt

iugerum · [illegible] ... ysidorus · libro ethimologiarum · iugerum constat longitudine pedum 240 / latitudine 120 /

piramus fl. nauigabilis et nec diu curres memorabilem fossa ingreditur per quam aqua purissima magno spacio occulte sub terra fertur — nota de isto fl[umine]

fl. pira[mus] · m. taur[us] · fl. aluu[s] · fl. carm[ala] · m. taur[us] · m. lica[onie] · m. taur[us] · m. ãtita[urus]

tātā pſtigia demonū potuere. Per aſiā ideſt trāſlaticiā idcirco deā dixere ꝙ eius ſacra p̄ Oreſtē e ſcythia aduecta: ſicut Comana putauerūt. Regionē iuxta taurū euſebiā uocauere: magna ex parte planā & fertilē inter pͥturas Cappadociȩ: quas undecim eē diximus: unā cilicā Strategiam appellarunt quȩ ultra antitaurū uerſus Boream iacet. In hac mons eſt Argeus omniū altiſſim⁹ Aſiȩ minoris centro ꝓxim⁹: cui⁹ cacumina ſemp̄ niue albicāt: e quibus dicunt qui eo aſcēdunt quāquā pauciſſimi ſūt ſereno cȩlo ȩquor utrunq̧ pſpici Iſſicum. ſ. ac Pōticum. Mazacā ſub Argeo ſitā Cappadoces matrem urbiū habuere: quȩ etiā Euſebia nūcupata ē & magna cȩſarea. hȩc ad ciuitatis habitationem īcōmoda fuit: nā & ſicca & debilis erat & īmunita: Sed hoc fortaſſe de īduſtria factū: ne freti mȩnibus ciues nimis confiderēt: planiciem habitātes: arduis collibus clauſam. Circūſtantia loca omnino ſterilia & īculta erāt: quāuis cāpeſtria harenis plena: et petris: & paulo ulteri⁹ igne exuſta: ſolūq̧ pmulta ſtadia incēſum: quapropē neceſſaria e longīquo nō ſine piculo afferebāt. Nam cū tota fere Cappadocia lignis careat: Argeus tamen ſiluoſus eſt: ſed loca ſiluȩ ſubiecta igneſ habent: & gelidis aquis plena ſunt: nec tamē aut ignis aut aqua in ſūmū exit: & ſolū barbidū eſt: & quibuſdā in locis paluſtre: ex quibus p noctē flāmȩ cōſurgūt. Locorū gnari caute ligātur: reliqs piculū ē pͥſertim pecori in obſcuras ignis foſſas īcidenti. In mazacea fōtes habet Melis loco humillimo: Sed plus dāni affert ꝙ̄ emolumēti: cum nō aptū hēat exitū: & ī lacus ac paludes diffuſus urbis aerē ȩſtate corrūpit: et lapidicinis nō parū noceat alioqn utiliſſimis: paludes ipſȩ ſȩpe ardere uiſȩ ſūt. Rex Ariarates ut regiōi cōſuleret: Anguſtiis qbuſdā obſtructis ad quas melas exitum in Euphratem habet: proximā planiciē totam lacu diluit atq̧ īſulas quaſdam tanquam Cycladas comprehendens ibi puerihomo immorabatur. Clauſura uero ad imum rupta a qua ſoluta eſt intume factaſque Euphrates habitationes ac conſita multa deleuit: ob quam rem iis qui damnum paſſi erant in trecentis talentis mulctatus eſt a Romanis. Idem circa Herpam cōtigit Carmale exitu obſtructo: & ore deinde rupto cum aqua quaedam cilicum loca deuaſtaſſet: ſȩpe enim cōtra euenit quā cogitamus

Mazacam. urbs

fontes melis

et damnum ferimus ubi sperauimus lucrum. Eelegerunt autem reges Mazacinorũ loca ad habitandũ q̃ totius regiõis media erant & lignis: ac lapidibus abũdabãt: & herba qua plurimũ ad alenda pecora ĩdigebãt: alioquin ĩcõmoda: Sed mõtibus & uicinis munita castellis. Distat Mazaca a Põto stadiis octingẽtis austrũ uersus ab Euphrate paulominꝰ q̃ duplũ: a ciliciis portis sex dierum itinere. Mazacini Charõde legibus utebant̃: assumẽtes aliquẽ legis peritum qui leges eis ĩterp̃taret̃: queãdmodũ apud Romanos iurisconsulti: atq̧ ita ciuitatis duplex erat seruitus iuriscõsultorũ & regum: nã populi qui legibus uiuũt bis ꝓculdubio seruiunt q leges interpretãt̃. Mazacinos tigrannes Armenius male affecit. omnes enĩ transtulit ĩ Mesopotamiã et Tigranocerta magna ex parte ex his coluit: postea captis Tigranocertis potẽtiores reuersi sunt. In hac urbe sicut Augustinus in libro de ciuitate dei scribit decẽ fratres fuere: septẽ mares: & tres foeminę: ĩter suos ciues nõ ignobiles: qui cum matri uiduę parũ obtemparent ab ea maledicti sunt: moxq̧ diuinitus ea pęna coherciti ĩhorribiliter omnes mẽbrorũ tremore quaterẽt̃: ex quis duo ad Augustinũ ꝑuenere. Paulus frater & Palladia soror et apud memoriã beati stephani martyris orãtes sanitatem cõsecuti sunt: quo exẽplo: et parentes uereri: et sanctos christi martyres uenerari docemur. Gabadania regio cãpestris ẽ et Cęteris australior: nam taurũ subit: et uix ullã fructiferarũ arborũ ꝓducit: sed pascua habet optima sicut reliqua Cappadocia presertim apud Gargaurã: & morimenã. tota Cappadocia frugibꝰ abundat maxime frumẽto et pecore oĩs generis: quę cũ Ponto australior sit: frigidior tamẽ ẽ. ĩ ea sinopica nascit̃ rubrica oĩum optima: quę cũ hyberica decertat et appellata est Sinopica quia mercatores eo illã deferebant priusq̃ Emphesiorũ emporium tam celebre esset: q̃ postea factum est Archelai inquisitores onichitum lapidem in Cappadocia & christalli crustas inuenerunt Cappadorum amnis (ut Plinius ait) genti nomen dedit: antea leucosyri dicebantur de quibus in Ponticis rebus mentio fiet. Alexander qui post narcisum hierosolimitanę pręfuit ecclesię Vir doctrina clarus: et morum sanctitate conspicuus ex gente

signũ ex decẽ fratruz malediti a matre/ [illegible]

de Gabadania regio

ĩ ea sinopica nascit̃ rubrica oĩu optima

cristalli crustas ĩuener̃t

Cappadocum fuit & pontificatum in patria sua gessit ad hiero solimam peregrinationis causa petens diuina illic uolũtate retẽtus est nõ ambitiõe ꝓpria ut multi hodie ad meliores ecclesias migrant. Sequitᷣ Pontus qui ut Strabo ait ab occidẽti hali flumine claudiᷣ: ab oriẽti Colchide: a meridie minori Armenia: et ipsa ꝓpria Cappadocia: nec termini in hac parte satis certi ostẽduntur. Boream pontus ĩmittit a quo nomen acceptũ Ptholomęus (ut ante diximus) Bythiniam põtũq; cõmiscuit: quãuis & circa Trapezuntem ponti mẽtionẽ uideaᷣ afferre. Mithridates Eupator ponti rex constitutus ab hali flumine usq; ad Tybarnos: & Colchos: & Armenios regnauit: & eis halim quasdã Paphlagoniae partes usq; Amastrim: & oram heracliã possedit: pontũq; appellauit cui minorem Armeniam adiecit: atq; his finibus eo sublato Pompeius ꝓuinciam accepit: qui distributus inter principes secũ militantes his quę uersus Armeniã: & Colchidem sunt: reliqua in undecim gubernationes diuisit: & Bythinię adiecit ut ex utrisq; una efficeretur ꝓuintia: quã Ptholomę⁹ uidetur describere. Paphlagonum quosdã his regẽdos dedit: qui erant a Pilomone quẽadmodũ Galathas his qui erant genere thetrarchę. Postea Romanorũ duces alias atq; alias partitiões fecerũt: nam & reges & principes cõstituerũt: & ex ciuitatibus alias deliberarunt alias principibus tradiderunt: Alias sub romano populo dimiserũt qbus ex rebs haud mirãdũ ẽ. Si põtus ipse alios atq; alios accepit tᷣmĩos: & aliquãdo a Bosphoro tracię usq; in Colchidem ꝑcurrit: Aliquando in heraclia finẽ accepit: aliquando alibi: nos in hac descriptione Strabonis limites amplectemur: ab hali fluuio auspicãtes. hic fontes habet in maiori Cappadocia: iuxta Cambisenam: & multus ad occidentem fertur. Postea ad septẽtrionẽ cõuersus leucosyros ĩ dextera: Galathas & Paphlagonas in sinistra relinquit: & in Euxinũ exit nõ ꝓcul a Gadilone Cappadoces ut dixim⁹ leucosyri pri⁹ appellabantur ad differentiã syrorũ q extra taurũ sũt colore adusto ꝙ albiores essẽt nomẽ adepti: his sedes apud halim fluuiũ Euxinũq; fuerunt. Pindarus ait Amazonas Syrium hastatum que exercitum duxisse significans Themiscirae habitatores.

Seqᵗ pontus
& sit situ colchos

p. pᵃ accepit & i undecĩ gubernationes diuisit

po romanos duces alias atq alias partitiones fecerunt

[illegible]

Reges principes
& capitaneos
Mitridates
Pompeius

Prouincie et Urbes
Colchos
Armenia
Capadocia
Bitinia
Trapezonte
Tirbana
Paphlagonia
Amastrim
Pilomonis q galatas
Galatas

Bossforus
Heraclia
Cãbisena
Leucosirus
Gadiloni
Temisira

Themiſcira enī Amiſinorū leucoſyorūq; fuit q̄ p⁹ halī orientē uerſus in ponto erant. Pontica regio haud multum lata fuit: & formā quodāmodo Pyramidis habuit: tanto magis arcta atq; reducta quāto in orientem ulterius ꝓcedit. Nam circa Pharnaciam: et Trapezuntem plurimū a minoribus armenię mōtibus coercetur apud halim qui Galathas et Paphlagonas distermi nat haſim habet: nec tamen hęc latitudo āplior eſt ſexcentis aut octingentis ſtadiis a mari uſq; in Cappadociā. huius orę ꝑtem amiſini habuerūt: Partem Pompeius de otaro dedit: ut ea quę Pharnacię et Trapezunti ꝓxima ſunt in Colchidē: et Armeniā minorem atq; horū regem fecit cum paternam tetrarchiā habe ret: hic ē pro quo apud Iuliū Cęſarem orauit. Poſt halis hoſtia uerſus auroram Gadilonetica occurrit regio uſq; ad Saramenā tota campeſtris: et omniū ferarū: oues in ea pellis et lanę mollio ris fuerūt qđ in tota Cappadocia: et Ponto ꝑrarū dicūt. Inerāt et Dāmę quę alibi rarę ſunt: p⁹ Gadilonem Saromenā poſuere: et Amiſum ciuitatem īſignem diſtantē a Sinopę ſtadiis nonin gentis. hanc prius mileſii cōdidere: poſtea prīceps Cappadocū reformauit. Deinde Athenienſes Pyreū uocantes habitauere. Eupator templis exornauit: et partem muris inſtruxit. Lucullis obſedit. Pharnaces traiecto Boſphoro uexauit. Iulius Cęſar li bertate donauit. Stratō Tyrānus inuaſit Marcus Antonius re gibus dedit: auguſtus Cęſar p⁹ bellū Acciacū libertati reſtituit qua diu bene uſa ē. hęc regionē optimā habuit: et Themiſcirā poſſedit. Antiquū Amazonū domiciliū: et ſydinā. Themiſcira campus ē ab Amiſo ſexagīta ſtadiis diſtās qui pelago alluiť: et mōti adiacet arboribus pleno: et aquis irriguo: ex q̄bus flumen unus efficiť cui Termodonti nomen eſt. Id Campū ꝑcurrit: et Amazonū fabulis clarū habeť. Eſt et alterū flumen huic ęquale eādē planiciē irrigās nomine iris: Cuius fōtes ī ipſo ponto repe riuntur. Iris mediā Comanorū Pōticorū urbē ꝑfluit: et ī occi dentem uerſus daximoneticam foelicem campum permeat. Po ſtea apud Garuiram illuſtrem quōdā regiam quę iam pridem corruit ad ſeptentrionem conuertitur. Deinde rurſus ad aurorā et Silace fluuio atq; aliis Amnib⁹ aſſūptis ab ipa amaſię mœnia

(Handwritten annotations — left margin: "v̄ſu ſitū Galatorū / v̄ſu Trapezōte"; "Actores". Right margin: "m. arm[...]", "fl. hal[...]", "fl. term[...]", "fl. iri[...]", "fl. ſilac[...] / ꝯ daſu[...]". Below text: "Reges ꝑncipes & capi[ta]": Ponpeius, Iulius cesar, ꝑncips capadocū, ꝑncips athenieſiū, pharnaces, Eupator, Luculus, Stratō, Marcus Antonius, Augustus cesar, Acianū, Amazone. "Prouincie & urbes": Temiſira, Pharnacia, Trapezōda, Armenia m., Galatas, Paphlagona, Capadocia, Gadilonetica, Saramena, Amiſum, Sinopis, Bosforus, Comania, pontus, Daximoneticus, Garuira.)

egreditur in Phanaream uillicus ex Armenia minori descēdēs & cum eo concurrens nomen amittit. Postremo per Themisci ram act9 in mare deuoluitur. Planicies Themisciræ semper Ro sida & herbida ē equorum bouumq nutrix milium & Panicū multum producit nec unquam fame uexatur. Pretermōtana re gio aggrestibus pomis abundat: uuæ pruna: mala: & nuces: spō te in siluis enascūt: quocūq āni tempore in siluas exieris fruct9 inuenies: aut in arboribus pendentes: aut in foliis iacētes: & pro pter alimoniæ copiam multa ē ferarum omnis generis uenatō. Themisciram sequit Sydina planicies: licet non ualde ferax ir- rigua tamē habens in ora maritima loca munita Sydam ex qua Sydina nominatur: & alia pleraque atque hucusqne Aminisa pertenditur: hinc uiros in disciplinis excellentes commemorat Strabo. Demetrium Reteni filium mathematicum: & Dioni- siodorum: & in grammaticis Tyrānionem quem ipse audiuit. post Sydinā fuit Pharnacia oppidum munitissimum. Dein- de Trapezus græca ciuitas: in quā ex amisso duum millium & ducentorum stadiorum nauigatio est hinc ad Phasim mille & quadrīgentorum siue ut alia translatio habet quadraginta: tan ta est totius oræ Pōticæ longitudo. In hac ora ab amiso nauigā tibus promontorium herculanum prius occurrit: deinde Ia- sonium: mox genetes: postea cytoras oppidum a quo ī Pharna ciam migrarūt īquilini. Subīde histopolis humi prostrata ulte rius sin9 ī quo hermonasa ē & Cerasus Vnde appellata credūt Cerasa loca abunde habitata: nec procul ab hermonasa habita- tionem ponunt Zigopolim appellatam tantum Strabo de hoc littore tradit. Ptholomæus ulterius & promōtoria: & urbes: & flumina usque ad Asporum Amnem cōmemorat: Verū sine dignitate & historia trapezunti: & pharnaciæ ad austrum immi- nebant olim Thibarni: & caldei: & Samni. prius Macrones no minati & armenia minor & a Paite. his quodam modo locis proximi erant qui prius cercetae dicebantur. Inter hos cidissa mons asperrimus errigitur: & moschicis coniungitur qui ad Colchydem pertinent cuius summa ab epta cometis idest Se- ptipagis obtinentur. Pariadra quoque per hos præterit qui a

locis Sydinę & Thenuſcirę proximis uſque ĩ Armeniam protẽ ditur: omnes hi agreſtes homines fuerunt pręſertim Hepta cometę quorum nonnulli ſuper arboribus ac Turribus habitarũt: Vnde & Moſmeci dicti ſunt ideſt turriculę. moſmos enim turres uocant: his cibus farina caro: & Arborum fructus erat. Peregrino generi infeſtis tres Pompei cohortes obtruncarũt cum ꝑ montacia tranſirent. miſcentes enim Cratheras furentis mellis quod rami arborum ferunt: Potes & mente alienatos adorti facile interemerunt. Quaedã ex his Barbaris Bizares uocabantur Et qui caldei dicti ſunt: prius Calibes appellabantur apud quos Pharnacia ſita eſt in mari habens Pelamidum copiam in terra ferri & argenti metalla. Sed argentaria poſtea defecere: ut eſt terrenarum omnium rerum finis: ora hic maritima prorſus anguſta eſt. Continuo enim rupes incũbunt nemoribus ac metallis refertę cultura agrorũ exigua: ideo ex foſſiõib9 & piſcationib9 uictum quęrunt: & multam ex delphinis Aruinam recipiũt ad res uanas utilem: homerus in dinumeratione gẽtiũ quę ad Troianum bellum ierecum Paphlagonum memiuiſſet poſtea halii zonas adiecit quos Strabo calibes eſſe arbitratur: de quib9 mõ locuti ſumus. Sed quidam Alizonas quidam Amazonas ſcripſere quarum uaria hiſtoria eſt: Alii eas apud cariam lydiãque collocarunt: Alii nugdonum campum illis attribuerunt: alii in helleſponto ſedes dedere: alii ultra Boriſtenem in Scythia eas queſiuere: Vulgatior opinio. Themiſciram illarum fuiſſe primam cenſet quãuis Scythicam originem ducerent. Leucoſyri earum poſtea ſedes inuaſerunt: a quibus enetes exiſſe putauit Meãdrius qui Troianis auxilium tulere atque inde cum tracibus digreſſi ĩ Adrię ſinu habitauere. Phamacię uerſus occidetẽ ut diximus continua ẽ Sydina poſtea Thenuſcira his ad auſtrũ Phanarea incũbit quę põti partem beatiſſimam obtinet: nam ęt oleis & uitibus conſita eſt: & cęteris reb9 excellit. hęc a partib9 orientalibus Pariadram montem obtendit in longitudine ſecum pariter progredientem ab occaſu Pazemoneticã regionẽ ĩ Sadma cõuallis q̃dã ẽ lõgitudĩe ac latitudĩe ĩſigni quã lycus ab armenia minori deſcendẽs irrigat: & ĩ media ualle miſcet iri.

48

In cõcursu amnium Amasia urbs fuit Strabonis patria optime
munita quã primus fundator Eupatoriã a se nominauit. Pom
peius cũ incboatã ĩuenisset colonis ĩtroductis: & regione illi ad
dita magnopolim appellauit. Ea in media planicie iacuit & pro
funda ualle: per quã fertur iris mira prouidẽtia & natura cõstru
cta quę ciuitatis usum exbiberet: fuitq; optime munita turribus
& ꝓpugnaculis: & prerupte petrę rupibus apud quã & regię fue
runt: & regum monumenta. Sub ipsis Pariadrę radicibus Cabi
ra sita fuerunt stadiis centum & quinquaginta q̃ magnopolis
australiora bic erat Mitbridatis regia apparatu magnifico stru-
cta: bic aquarum balnea calidarum: ferarum uiuaria: propinquę
uenationes auri fodinę fuit & nouus locus appellatus: Stadiis
ducentis a Cabiris distans: Petra munita ingẽtis altitudinis un
dique prerupta & moenibus cincta: quę in uertice fõtem Vber
rimum babuit: & ad radicem flumen ac Italem profundam &
montana in circuitu ad centum uiginti stadia altissimis tecta
siluis: bic preciosissimi Mitbridatis tbesauri cõperti sunt: quos
Pompeius in Capitolio dicauit qui cum Cabira ĩ urbis modũ
struxisset: Diopolim nominauit. Sed Pytbodoris eam augens
Augustam appellauit: & pro regia sua usus ẽ. Ptbolomeus Se
bastopolim uocat qđ idem sonat: non procul. Nõ procul binc
uicus fuit urbis amplitudinem babẽs nomine Cameria: in quo
fanum mẽsis Pbarnacis appellatum est: multis sacris seruis or
natũ & regione sacra diues: ꝙ adeo reges uenerati sunt: ut qđ
ipsi regem ius iurandum uocarent id regis fortunam & Pbar-
nacis mẽsem dixerint supra Pbanareã uersus meridiem: Coma
na fuerunt Pontica: eodem nomine quo maioris Cappadociae
Comana: eidem deę siue eidem demoni consecrata simile tem
pli ędificium: & similem fere ritum babentia: et sacrorum: & di
uinationum: & cultus erga sacerdotes in bis maxime quę ante
reges fiebant: quando bis in anno in festis quę deę exitus appel
labantur. Sacerdos Diadema gestabat: & secũdus erat in bono-
re post regem. Pompeius buic templo Arcbelaum sacerdotem
prefecit: & sexaginta stadia regionis adiecit cui Sacri serui fue-
runt sex millia. Caeca & perdita bominum manus. Arcbelaus

hic aquarum balnea calidarum.

petram altissimam in cacumine habet fontes et ad radicem flumen / circuitu 120 stadia hic preciosissimi thesauri M. reperti sunt

filius fuit eius quem Scilla & senatus in honorem habuerunt. Et qui mithridatis Eupatoris se filium effingens Ptholomei regis Aegypti filiam duxit uxorem: & agabinio postea ī prelio īteremptus est. Lycomedes post Archelaum sacerdotium accepit: & eo sublato Clitatus Adiatorigis filius qui ob unitatem hanc dignitatem obtinuit: nam cesar augustus adiatorigem cū uxore ac filiis in triumphum ducens illum cū filio maiore statuit interimendum: maior hic erat at cum secundus militibus q eum ducebant maiorem se affirmaret. Diu inter ambos contentio fuit: & pulchrum de morte certamen cū premori uellet usq quousque Parentes Clitato persuasere ut iuniori cederet: asserētes ipsum qui etate prouectior esset maiorem de matre: ac reliquo fratre curam habiturum. Itaque secundus cum patre interemptus est. Clitatus seruatus uel inuitus qui hanc dignitatem ē consecutus. Nam cesar recognita uehementer doluit: & eos q seruati erant beneficio & cura ꝓsecutus est. Cumana urbs populosa fuit. Multi ex armenia: & ex uicinis ciuitatibus ad festa cōueniebant uiri simul ac mulieres. Et sacra dee ut ipsi putabāt ex uoto ꝑficiebant. Incole molles ac delicati mulierum multitudo maxima: & operatrix: & magna ex parte quāuis sacra meretricio uiuens tanta gētilium stulticia fuit: ut lupanaria etiam sacra putarent: Agercircūrectus uitibus cōsitus est aptissimus qui ueneri fomētum p̄staret. Zelitica regio Comanis ad oriētem iacet ī ea urbs fuit Zela super aggere Semyramidis cōdita & illic Anaitidis false dee tēplum: quae ab armeniis colebatur. Hoc in loco maxima cum sanctimonia fiebant sacra quāuis demoni celebrarent: & iusiurandum maximis de rebus apud Arā sumebatur. Sacrorum seruorū multitudo ingēs: & sacerdotiū precipui honoris fuit. Zelam olim reges non ut ciuitatem sed ut persicorum deorum templum colebant. Sacerdos rerū omniū ptātem habebat: eratq urbs ualde diues: & Pōpei⁹ multas ei ꝓuintias adiecerat mīori Armenie finitimas: in qbus sales fossiles repiebanẗ: & Megalopolim appellauerat. Post Phanareā occidentē uersus Phazemonetica regio seqẗcui⁹ septētrionale latus Gazilotus & Amisimis claudit ager; occidentale halis

australe Amasiensiū terra quę plurima est & cęterorū optima: Pompeius banc regionem Megalopolim nominauit: & facta apud Phazemonem uicum babitatione eam Nicopolim appellauit. In pbazemonetica lacus est pelagi magnitudine nomine stipbana: cui Cizana castellum adiacuit munitissimum: quo destructo ꝓpe regia constructa extitit reliqua terra magna ex pte nuda frumenti tamen ferax Amasiensibus īminebant aquę calidę ualde salubres quę pbazemonensium sūt. Imminebat etiā Saligium castellum super monte quodam si cum erecto & excelso: & aquis abundātissimo qd postea neglectum est. bic Arsaces denominatum & nouas res quęrēs a filiis pbarnacis regis fame captus & interemptus est: cum ex planicie pulsus sine commeatibus eo confugisset. Debinc ē Diacopena: & Pimolisena regio tota foelix usque ad balim: & bę sunt septentrionales Amasiensium partes quingentorum fere stadiorum longitudine patentes: nec minor reliqua pars est circa ximinam quę etiam usque ad balim descendit. In ximina sales sunt fossiles a qbus balim flumē dici putant qđ imitati germanorū populi omnia loca in quibus sales excoquuntur balis appellant. In amasiensi agro multa regio sub mitbridate deserta fuit: & multa castella dirupta. Is arboribus plenus erat: & pascendis equis: & cętero pecori idoneus & totus babitabilis amasiam prius reges babuere: postea Romanorum ꝓuintia facta est. Pimolisena regio balis fluminis utranq; ripam occupat. In ea Sandara curgiū mons est concauus propter metallorum effossionem opatores ex aliquo maleficio redempti: buc mittebanť qui propter laborem: & letiferum aerem e glebis prodeuntem cito moriebantur ne plures q̄ ducenti adesse solebant. Tantum est quid de Pōto explicare possimus. Pytbodoris regina plurimum in pōto ualuit: cui & Tyberni & Caldei usque in colcbidem subiecti fuerūt. Sidina quoq; & tbemiscira: & Pbanarea illi paruit. bęc filia Pytbodori Traliani fuit: & uxor Polenionis cū quo aliq̄diu regnauit: deīde īpio successit eo in p̄lio defūcto: ex Poleniōe filii duo relicti sūt: et filia q̄ cotbe sapeo nupsit: eoq; dolo intē pto celibatū egit. susceptis ex uiro filiis: quorū nata maior pris

impiũ tenuit. Ex filiis Pythodoris alter' cũ matre paternam he
reditatem administrauit: Alter maioris armenię rex declaratus
est: ipsa archelao nupta cum eo mansit usq; ad extremum. aqla

Ponticus fuit ueteris testamēti translator & īterpres: nescimꝰ
qua ciuitate. Is uerba ꝓphetę de uirgine paritura prolata ad iuuē
culam transtulit: non satis capiens diuina mysteria. Pontus chri
sti sacra cępit: & usq; in hanc diem quadam in parte seruauit.
Marcion ponticus quāuis christianꝰ uideri uellet: aliũ tamē crea
torem omnium rerũ esse dicebat quā christi patrem illũq; maio
re aiebat: & aliquos ī suum errorem traxit. Trapezunti sub im
peratore sunt christi cultore qui āno proximo legatum ad nos
misit Auxilia contra turchos orans: quorum arma atque im
petum uerebatur. Nouissime uenetorum litteras accepimus q̄
turchorũ Imperatorem in pontum cum exercitu traiecisse fere
bant: nec dubium faciebant quin Trapezũtii sese dederent: Cũ
hismael sinopensium dominus qui diu restiterat tandem imꝑ
ata fecisset: nōdum uero fama ęquata est. Trapezũtiꝰ imꝑator
uni ex turchorum principibꝰ filiam nuptui dedit: quę res fidem
eius nō satis firmā ostendit. Quis enī christianus est & īimico
christi ecclesię sacramēta cōmũicat multa metꝰ & regnādi cu
piditas admittit indigna. Sed non est cęlesti regno idoneus qui
pro terreno cęlestem regem contēnit. Reliqua pōti & Cappado
cię ī potestate turchorum existũt: q̄uis ubiq; mixti ferantur Ar
menii christi Cultores: atq; in hunc modũ absoluta est Cappa-
docia quā totius minoris Asię tertiā fecimus partē: ī qua illud
memoratu dignum cōtigit: ꝙ offerentibus Romanis libertatē
& populare regimen cappadoces regem petiere: quę res stupēda
Romanis uisa est: quibꝰ regia potestas exosa: & arbitrium po-
puli pro libertate fuit. Sed cappadoces maxime seruos arbitra-
bantur quorũ ceruicibus populare iugum immineret: cuius nec
superbiam tolerare nec auariciam explere quisq̄ potuit.

m Inoris Asię tres partes fecimus: Prima est ipsa quę ꝓpria
dicitur: Altera galatia: Tertia bithynia. De galatia prius
dicendum quę orientalior est: huius termini erũt queadmodũ
nos partim ex Ptholomęo: partī ex strabone atq; aliis accepimꝰ

de Galacia nunc dicimus.

ab oriente Cappadocia: & halis fluuius qui Pontum distermi-nat ab occidenti Bythinia: & Asia a meridie Pamphilia a septẽtrione Pontus Euxinus. In hac parte licaonia continebitur quę totius asię medium quodammodo locum & arcem occupat. Pisidię quoque pars comprehenditur austrum uersus: & ad taurum exposita circa Põtum Paphlagones: & Mariandini sedes habuere. Ptholomęus ab amisso usq; Cithorum boreales Galacię partes produxit: atque ibi Bythiniam ĩcipere uoluit. Eupator qui Pontum tenuit a colchide usque heracliam imperauit. Reliqua usque ad os Euxini & Calcedonem reges Bythini habuere sublatis regibus. Romani eosdem terminos seruauere: ut heracliã ponto concederent. Citeriora Bythinię Strabo sangario flumine Bythiniam clausit: quem sequi nõ pudet: & hoc littus ab hostio sangari usque halim: deĩde mediterranea explicare. Ptholomęus Prusiam ciuitatem mox post Sãgarium collocat: deinde hippium flumen: postea Candiopolim mox elatam amnẽ: nec ꝓcul huic Diopolim cui succedit eraclea: de qua paulopost dicemus. Mariandrini circa heracliam collocant: de quorum origine parua cognitio est. Strabo eos a tracia ꝓfectos arbitratur. Theopompus Marianidinum Barbarum quẽdam Paphlagonię portionem imperio tenuisse refert: & facto impetu Bebriam regionem occupasse: eique de suo nomine uocabulum indidisse. Fuerunt tamen Mariandini Bythinis ꝑsimiles: quos Milesii qui primi heracliam condidere in seruitutem redigerunt. hi caucones expulerant qui hanc oram usque ad perthemum flumen coluere: habẽtes urbem Theiũ ex qua Phileterus nat⁹ est auctor generis regum Athalicorum. Caucones alii scythas: alii pelagos fuisse putant: quorum genus omnino interiit. Heraclia optimum portum habuit: & ad ponticam ꝓuintiam ꝑtinuit cum Bythinia a Romanis ordinata ciuitas alioquin memoratu digna: quę plurimas colonias emisit: & cum pri⁹ libera esset: postea sub Tyrãnis fuit: deĩde rursum in libertatem se uẽdicauit: & iterum a Romanis regem accepit: & Romanorũ coloniam ĩ partem urbis & agri admisit. Adiatorix ac menecli tetrachę Galatarum filius: cuius in Põticis rebus mentio facta est

Archian poetã
platonicũ hic nat9

hanc urbis partem ab Antonio accipiens quam heraclienses te nebant pauloante acciaca bella Romanos noctu adortus ad unum uigilauit. Id sibi ab Antonio imperatum dicens: sed nõ tulit impune scelus: capt9 ipse post uictoriam augusti & in triũ phum ductus ut ante dixim9 cum filio iugulatus est. Archiam Poetam pro quo Cicero orauit in hac urbe honoratum fuisse constat: & Platonicum heraclidem hinc natum: abest a Ponti ore ut plinius ait milliariis ducentis. Portus Aconę non procul hinc iacet ueneno aconito dirus. post Pathenium amnem eneti sequebantur: Cythorum habitantes apud quos feroces fuisse mulos affirmat. hi clarissima Paphlagonum natio fuere: ex qua natus est Pylemon cum quo plurimi apud Troiam mili-tarũt. Qui amisso duce in traciam post captum Ilium traiecere errantesque in eam regionem deuenere: quę post uenetia appel-lata est. Quidam anthenorem & eius filios classi pręfuisse pu-tant: quę in intimum adrię recessum enetos uexit: alii nationem quõdam Cappadocib9 finitimam prodiderunt. Sub enetorum nomine cum Cimeriis militasse & postea in Asiam peruenisse. Id genus in Paphlagonia prorsus defecit: quanuis non procul ab Amastri uicum esse in Ponti littore nonnulli tradiderunt: q usque ad Romanorum tempora coleretur ab enetis. Zenodo tus enetiam describens eam significari putat: quę amissus appel lata est: cuius in Ponto fecimus mentionem. Paphlagones inter Moriandinos & halim fluuium collocantur: & rursus inter Ga-lathas et Euxinum. Parthenius amnis occidentalia claudit: cui proxima fuit Amastris de conditricis nomine appellata: quę in peninsula iacuit: et port9 habuit ex utraque Ischini parte. Ama stris uxor fuit Dyonisi heraclię Tyranni et oxiartis filia fratris darii: Roxanę soror quę Alexandro nupsit cum quo darius bellum gessit. Hęc mulier ex quatuor urbium ĩcolis unam ciui tatẽ fecit. Sesamo cythoro cronina et Teio: quę cito a commu nione defecit cęteris in ea permanentibus. Sesam9 amascris arx dicta est. plini9 totam urbem sesamon olim appellatam tradit. Cytorum prius synopensium emporium fuit a Cytoro phryxi filio dictũ. In Amastriano agro plurima atque optima buxus

fl. path
fl. ha
fl. p

nascitur prȩsertim iuxta Cytorum a quo per centum stadia uic9 fuit cronina appellat9:postea egialus et duo scopuli qui a colore uocabātur eritbri:erant.N.rubri. Vlterius carambis occurrit promōtorium magnum ad septentrionem porrectum:arietinȩ frontis habens formā: quod longo spacio pelago incūbēs: scythicȩ obiectum peninsulȩ euxinum Pontum bimarem uidetur efficere.post carambim nonnulla fuerunt oppida indigna quȩ nominentur prȩter harmenam de qua prouerbium factum est: cui nullum negocium erat harmenam muniuit:ea Synopēsium uicus fuit & portum habuit. Deinceps sita est urbium: quȩ in hac regione sunt clarissima. Mylesii etiā condidere sicut heracliam:magna huius urbis potentia fuit: quae classe comparata mari quod intra cianeas est imperauit. Extra uero multorū certaminum particeps cum grȩcis fuit. Synopenses urbis suȩ conditorem stenidem quendam putauere:unum ex iis qui cum Iasone nauigarunt:quem ut deum colebant:& eius oraculum habebant.Sed mylesii loci opportunitate & incolarum imbecillitate perspecta illos pepulerunt: & nouos induxere colonos ea naturali prouidentia optime munita fuit:super colle cuiusdam peninsulae sita ex utraque Ischini parte portus & stationes habens:& miras pelamidum piscatōnes.Peninsula undique ripas iugosas obtendit: & fossas quasdam in petris excauatas: quae mari tumido cōplētur: ut non facile adiri possint: petrȩ quoq; summa echinis plena nudo pedi inaccessibilia sunt.In superiore urbis parte optimum solum & agrestibus ortis ornatū fuit: prȩsertim suburbanum. Aedificia in urbe magnifice structa: Gymnasium & forum & porticus & templa splendida & ampla diu ciuitas cum libera fuisset: amissa libertate Pharnaci tādem obtemperauit: & successoribus eius usque ad Eupatorem:& Romanis qui eum sustulerūt. Eupator ibi natus educatusque ac denique sepultus eximie illam coluit:& regni metropolim fecit a pharnace subito & prȩter opinionem ingruente capta fuit a lucullo per obsidionem bacchide qui prȩpositus erat miris modis ciues affligēte. Romani coloniam eo misere:cui

& urbis & regionis pars data ē. Distat ab hostio Ponti synope stadiis tribus millibus & quingentis: ab heraclia duobus millibus: a carambi septingentis. Hic diogenes cynicus: & Timotheus patrion orti sūt. Philosophi celebres & Diphilus poeta comicus: & bathon qui de rebus persicis scripsit historiam. Synopensis ager usque ad halim protendebatur. Hęc urbs iam dudum in potestate turcorum fuit. Ferunt synopię Tyrānum prę diuitē esse propter ęris metalla: quę in synopica terra effodiūt. Mahumetes turcorum imperator thesauris eius inhiās anno superiore exercitum ad capiendam synopem misit: qui turpiter reiectus est: hoc anno maioribus copiis terra marique comparatis ipse per sese urbem inuadendam statuit. Sed Ismahel loci dominus nō expectato impetu sese dedidit: quanuis legatum ad nos miserit: multa pollicitus si sibi auxilia mitterētur. Sed longum est christianos non modo armare: sed consulturos de sumendis armis congregare. Non miramur si apud obsessū principem plus instans metus quā spes longinqua & dubia potuit. Tota synopica regio ac montana quę illi imminet usque in bithyniam optimam ad ędificandas naues materiam: & ductu facilem habet. Acerem quoque synopia gignit & nucem montanam e quibus mensas faciūt: tota oleis cōsita fuit: paulo supra mare culturam habens. Heracliam amastrim & synopem post homerum conditas putant: Nusquam enī eas nominat. Olgassis mons altissimus & aditu difficillimus: quanuis citra halim synopicę regioni contiguus esset: tamen ad pōticam regionem pertinuit: in quo plurima Paphlagonum templa fuerūt. Blaena & domanetica regio monti adiacet satis ferax: per quā amnias flumē illabitur: quem Ptholomęus Zaliscum appellare uidet: & Olgasim oligam. His in locis mithridates Eupator nicomedis bithynici copias per imperatores suos ita deleuit ut pauci cū eo euaserint: & post eam uictoriam Bithynia & Asia usque ī cariam ac lyciam ad uictorem defecerint. Hic urbs postea pōpeiopolis constructa est: prope sandara curgium montem de quo diximus in rebus ponticis p⁹ pōpeiopolim magni opus reliqua

est Paphlagonia mediterranea occidentem uersus usque in bithyniam: quę quanuis parua est multos tamē dominos habuit prius quā Romanorum esset. Ciniata castellum munitissimum fuit olgasi monti subiectum quod mithridates cōdidit: eoque receptaculo usus ponti imperium acquisiuit: & qui ab eo profecti sunt usque ad Eupatorem successionem seruauere: postea deiotarus castori filius cognomēto Philadelphus paphlagonię imperauit: & gāgra regiam habuit qđ oppidum simul & castellū fuit eudoxus pisces fossiles in paphlagonia locis siccis reperiri tradidit: nec tamen mendacio suo satis certos limites circūscripsit. Hec de paphlagonia tradūtur: quā plinius pyllemoniam priꝰ dictam asserit a flumine (ut credimus) pilli quē ipse par parthenio uideť accipere: q apud Galathas ortus inter Paphlagonas et mariandinos ferť in Pontum.

deiotarus castori filius cognomēto philadelphus

eudoxus pisces fossiles ī paphlago[nia] locis siccis repiri tdit

a Vstrales Paphlagonię partes Galathis hęrēt: a quibus Galacia dicta est: cui ab occidenti Bithynia & propria adiacet asia ab oriēti pontus: a meridie lycaonia quāuis strabo inter Galatiam et lycaoniam alam quandam phrygię collocauerit: et usque in Cappadociam extenderit: quem Ptholomęo in hac parte postponimus. Galatarum tres gentes fuere Trogini tolistobogi & Tectosages: priores a ducibus nominatę sunt. Tertia a gente quę in celtica est. Galli abundāte multitudine cum eos non caperent terrę quę genuerant trecēta hominum millia ad sedes nouas quęrendas emiserunt: & portio in italia consedit: quę post annos ducentos cum iam italica esset effecta urbem Romam cępit atque incendit. portio illyrios sinus per strages barbarorum penetrauit: & pannonia subacta in ea consedit: ac per multos annos cum finitimis uaria bella gessit. Hortāte deinde successu diuersis agminibus: alii gręciam: alii macedoniam petiuere. Tātusque terror gallici nominis erat: ut etiam reges non lacessiti ultro pacem ingenti pecunia mercarentur. Ptholomęus macedonię rex ausus in armis occurrere: uictꝰ & multis uulneribꝰ sauciꝰ

Galli miserūt 300 millia hoīs ad querēdas sedes nouas. portio ī ytalia cōsedit q post annos ducētos cū iā ytalica eēt effecta urbē Romā cepit et q incendit. et alia multa

captus est: caput eius amputatum & lanceę affixum: tota acie ad terrorem hostium circumlatum. Sosthenes unus de macedonibus contracta raptim iuuentute: Gallos uictoria exultantes compescuit: & macedoniam ab hostili depopulatōne defendit. Sed aduentante brenno altero Gallorum duce qui in greciam se effuderat uictus est: & in munitiones repulsus. Galli nemine ꝓhibēte totius macedonię agros uastauere: neque contenti hominum spoliis: eorum quoque quos deos putabant: spoliare templa aggressi sunt. Sed dum appollinis aedem apud Delphos adoriuntur partim obruti terręmotu: partim grandine & frigore dissipati: urgentibus oppidanis usque ad internitionem cęsi sunt. Brennus in pręlio uulneratus cum dolorem uulnerum ferre non posset pugione uitam finiuit. Belgius alter ex ducib⁹ cum parte agminis e graecia excessit: quem inter fugiendum cum toto exercitu perisse trogus affirmat: tanta demonibus cura fuit eius domicilii cōseruandi in quo diuinos consequebantur honores. Sed constat gallos siue horum reliquię fuerunt: siue nouum examen fęcunda hominum gallia misit. post multos errores & multas excursiones in Asiam peruenisse & loca nonnulla occupasse: athalicis regibus ac Bithyniis subdita: ibiqꝫ tā diu ꝑmāsisse donec eā q̄ postea galatia & gallogręcia dicta ē ab eisdē regibus non inuitis acceperunt. Dux transitus in Asiam leonnorius quidam fuisse uidetur: una trium gentium lingua fuit: ipsi tamen unamquanque gentem ī partes quatuor diuisere: quas thetrarchias uocauere: singulę proprium tetrarcham habuere: & iudicem & tribunum tetrarchae subiectos & duos subtribunos. Fuit & tetrarcharum consilium qui erāt uiri trecenti & in locum conueniebant nomine Drimenetum. Cōsilium de sanguine: Tetrarchę ac iudices de rebus cęteris iudicabant. Hęc antiquiora: postea ad tres duces res delata est: deinde ad duos. postremo ad unum deiotarum cui successit amnitas. postea Romani omnibus in unam ꝓuinciā redactis

partem quae pontum & Cappadociam respicit Trogini habuere: quae totius gallatiae optima est. ii tria muro castella cinxerunt huiā quod indigenarum emporium fuit: & ęneam iouis statuam habuit & delubrum eius asyllum & Mytridatium quod bogodaro Pompeius dedit: et danalam ubi lucullus & Pompeius conuenere: cum alter in belli successionem: alter illi potestate permissa ad triumphum pergeret. Tectosages uersus maiorem Phrygiam iuxta pisinuntem sedes obtinuere castello usi cui Acira uocabulum fuit. Thelistobogi Bithyniis finitimi fuerūt: & phrygię quę epictetus dicta est. Horum castella fuerunt Blutium & peium quorum alterum deiotari regia erat: in altero thesauros habebat. Nec procul pisinus fuit communę regionis emporium: & in eo templū maximum & magnę uenerationis matris deum. Sacerdotes olim praepotentes qdā erant & sacerdotiū maximū hēbant. postea eorū dignitas imminuta est. Athalici reges hunc locū magnificarunt templo & porticibus ex albo lapide structis. Romani statuam hinc deę accersiuerunt: queādmodum eā quę esculapii erat ex epidauro. Mons quidam urbi imminebat nomine Dyndima a quo dyndimena dicta est: quemadmodum a Cybellis cybelle. prope sangarius amnis fluit non procul ab ortu suo in gallatia cim fontem habet: secus quem antiqua erant phrygum domicilia & mydę & prius gordii: & aliorum quorundam quę postea in uicos redacta sunt. Hic Gordium fuit in quo magnus Alexander nexum plaustri rescidit de quo uaticinium erat eum tota Asia regnaturum qui nodum soluisset. Fuit & Gorbeus castoris saocōdarii regia in qua deiotarus generum & filiam iugulauit quanuis ei summas cicero laudes attribuat.

Ost gallatiam austrum uersus usque ad taurum inter phrygiam & Cappadociam lycaonia extenditur tota

hic e lacus nome tacta.

mediterranea. Hic lac9 est nomine tacta Cappadocię adiacēs iuxta monimenam quem strabo maiori phrygię dedit secundum quem non fuisset lycaonia gallatię cōtermina quemadmodum Ptholomęo uisum est cuius opinionem sequimur. In hoc lacu sal nascitur atque adeo facile circa res immersas cōgelatur: ut sępe cum funalem torquere demiserint salis coronas educant: & uolucres aquas eius alis contingentes propter salis cōcretionē facile capiantur. In Lycaonia colles sūt frigidi & nudi & pascendis onagris apti: ubi multa aquę penuria est: nec inuenitur nisi in puteis admodum profundis sicut soatris ubi aqua uēditur. In garsabora quę Lycaonium regio est uicus fuit in urbis modum ędificat9: q multas oues nutriuit quanuis siccitas circumiaceret. Amintas super trecentos ouium greges in his locis habuit: sed lanam asperam prębuere. Sunt & duo lacus Coralis maior: Trogetis minor dict9 est. Circa hos iconium fuit oppidum optime habitatū quod fortunatiorem regionē habuit: q̃ ea quę onagros producit polemo hoc possedit. Ptholomęus id Cappadocię dare uidet̃ lycaonię ꝓpinquum. Corradus imperator circa hoc obsidionem tenens periclitatus est cum hierosolymam peteret manuele secundo gręcorum imperatore qui commeatum ministrabat gypsum farinę commiscente: Quę res fecit ut exercitum morbo afflictum re infecta in europam cogeretur reducere. Taurus his in locis appropinquat: cuius pars in septētrionem uergēs Cappadociam & lycaoniam terminat ad imminentes cilicas trachiotas lycaonię etiam Isaurica est: taurū uersus quę duos uicos habuit: quib9 alia loca obtemperabāt omnia latronū domicilia quę Romanis negocia exhibuerūt P. seruilius cognomento Isauricus ea Romanis subegit: & multas pyratarum munitiones quę in ora maritima erant ui cępit. In isauricę lateribus derba fuit. Cappadocię adiuncta.

duos lacos vz Coralus et Trogetus

lacus

lacus

m taurus

Antipatri derbensis sedes cuius & laranda erat apud Capadoces: & Isaura in lycaonia. Amintas antipattum adbortus Derbam cępit & illum interemit. Isauram uero a Romanis accepit ubi antiqua isaura diruta regiam sibi construxit: sed non perfecit. Huic antbiochia parebat pisidię finitima & tota Lycaonia: & multa ora montana usque apolloniadem Apameę uicinam: Quę Cybotus dicta est eaque potētia fretus cilicas delere conabatur: & pisidas qui e tauro frequentibus incursationibus suum regnum infestabant. Cępit itaq; multa prędonum loca: quę prius inuiolata fuerant: & īaccessibilia credebantur: e quibus cremma fuit. Sandalium autem accedere non est ausus quod inter cremmam atque salagasum iacuit: cremmam babuere: postea Romani coloni. Salagassus sub eodem Romano duce fuit: sub quo totum Amintę regnum distans ab Apamia diei itinere. Descensum babens ab arce triginta fere stadiorum: quę alio nomine selgessus uocata est: & ab Alexandro olim capta fuit. Amintas cum Cremmam cepisset progressus ad omonades tauri cultores qui nunquā capi posse existimabantur multa eorum loca expugnauit: & Tyrannum interemit: Sed uxoris illius fraude deceptus capt9 est: & ab illis interfectus neque primus neque ultimus: cui fęmina illuserit. Cyrinius eosdem fame confecit: & quatuor bominum millia a se capta in alias propinquas urbes babitatum traduxit: regionem iuuentute desertam reliquit. Ea est ī altis tauri partibus: & in rupibus pręruptis & magna ex parte īaccessibilib9. In medio planicies concaua & ferax: & ī multas ualles distincta. Hanc excolentes in superioribus montium superciliis ac speluncis babitabant: & cum frequentius armati essēt aliena excurrebant. His contigui fuerunt: cum alii piside: tū etiam selgenses pisidarum optimi maxima eorum pars summam tauri obtinuit Pampbiliae imminentia loca

Tirānū interemit Sed uxoris illius fraude deceptus captus ē neq; primus neque ultimus cui femina illuserit

ędita & oleis consita: quorum quędam aspendo & side pam
philię urbibus imminebant montana: quę supra hos sunt ca
thaminenses incoluere: Selgensib⁹ & omonadibus finitimi.
Selgam urbem ab initio condidere lacedemonii: quę propter
legitimam gubernationem tantum adoleuit: ut aliquando ui
ginti millia uirorum haberet. mira locorum natura: quę in sū
mis tauri partibus adeo ferax fuerit: ut tantę multitudini suf
ficeret. pleraque loca oleis & uitibus consita erāt: & omnium
pecorum pascuis abundabant: siluę materia plenę circumiace
bant: in quis plurimus nascebatur storax arbor magna & re
cta: ex qua Storacinę hastę fiebāt corneis similes: illic lilium
optimum ad unguenta reperiebatur: adit⁹ per montana diffi
cilis: e quibus euthymedon & cestius oriuntur flumina quae
in Pamphilium mare decurrunt: nec sine multis pōtibus trā
seuntur. Selgenses longo tempore libertate usi sunt: & cum
regibus decertarunt Alexandro per legatos responderunt se
ut amicos imperata facturos: cum Romanis certis conditio
nibus conuenere: postea omnino iugum subierunt sicut & ui
cini qui sub aminta fuerunt. Isauria igitur eam tauri partem
occupauit: quę inter Lycaoniam & Tracheam ciliciam excur
rit: reliquā partem uersus occidentem usque apamiam piside
tenuere. Hinc ad tracheam ciliciam ac Pamphiliam: inde ad
Lycaoniam pertinentes qui per tyrānides diuisi quemadmo
dum cilices uicinos latrociniis uexabāt: inter hos leleges qui
dem uagi olim admixti fuerunt: & propter morum similitu
dinem ibi remanserunt. Arthemidorus pisidarum tredecim
ciuitates nominauit: quarum alię omnino montanę fuerūt:
alię usquead montium ima descenderunt. ex utraque parte
Ptholomę⁹ celenorū iuga apud Lycaonas collocauit & sub

iis laodiceam combuſtam & neapolim & apolloniam. Lycaoniam beatus Bartbolomeus in ſortem prędicatõnis accepit quanuis poſtea uſque ad uictos iubente ſpiritu profectus ſacro martyrio uitam finierit: atque in bunc modum Gallatia terminata ē: cũ qua & Papblagones & mariandinos & lycaonas & Iſauros & piſides oſtendimus: Nunc Bitbynia ſeſe offerre.

licaonia b. bartholomeus i sortem predicationis accepit

Galatia determinata ē cũ qua Paphlagones Mariandinos Isauros pisides

Imites Bitbynię ab orienti (ſicut Straboni uidetur) Papblagones & Mariandini excipiunt: & pars epitecti a ſeptentrione mare ponticum quod ab boſtiis ſangarii uſque ad os euxini tendit quod inter Byzantium eſt atque calcedonem. ab occidente propontis: ad auſtrum myſia & Pbrygia quę dicitur epitectus ſiue belleſpontia pbrygia. Nos in bac parte propriam Aſiam collocam9: eique myſiam & pbrygiā adiecimus. Ptbolomęus ad oriētem Bitbynię terminos uſq; ad partbenium flumen extendit: Nobis ſtrabonem ſequi placet qui ſangarium amnem orientalem confinium facit. In Bitbyniam urbs eſt calcedon ſita in ore ponti: Hanc megarenſes condidere: cęci appellati qui non potius oppoſitum littus elegere ĩ quo iacet conſtantinopolis optimo loco. Hic olim magna ſynodis celebrata eſt: quę ĩter octo numeratur quib9 Romana eccleſia precipuum impartitur bonorem Calcedonenſis agri fuit cbriſopolitanus uicus & pbanum in extremo angulo ad boſtiũ ponti ſitũ: ubi ſeptentrionale euxini Ponti littus incipit: ad dexteram in orientem nauigantib9 flumina quae in eam partem labuntur nomen babent pſillis & calpas: & poſtremo ſangarius: cuius fontes apud ſagiā uicũ repiunt͂ cētũ & quinquaginta ſtadiis a piſiunte. bic magnā pbrygię ac

i bithinia urbs ē calcedo sita i ore ponti

hic oli magna sinodis celebrata ē q inter octo numerat9

bithyniꝗ partē percurrit & gallū in ſe amnē recipit:et modris Phrygiꝗ ortum exquo auctus efficitur nauigabilis. poſt Cal cedonem ſequitur littus quod aſtacenum ſinum appellauere: & ad propontidem pertinet. In eo condita fuit. Nicomedea dicta de nomine regis cuiuſdam Bithynii qui eam condidit. multi enim eodem nomine uocati ſunt:quemadmodū ptho lomꝗi propter prioris claritatem. In huius ciuitatis uilla ma gnus conſtantinus obiit: qui cum uellet in Iordane fluuio baptizari atque idcirco hieroſolymam peteret morte prꝗuen tus ab euſebio Nicomedienſi epiſcopo arrianae perfidiꝗ ſe ctatore baptizatus eſt:quꝗ res chriſtiani prīcipis fidem apud pleroſque iu dubium uertit. Nobis non eſt ueriſimile eum principem qui per omnem uitam ſuam arriani dogmatis ho ſtis fuerat in extremo ſpiritu ei dementiꝗ conſenſiſſe: quam ſummo ſtudio de ſuo imperio prius eliminauerat. Apud ni comediam tempore dioclitiani caeſaris ſeuiſſima chriſtiano rum perſecutio uiguit:multique ibi chriſti martyres ſunt ef fecti. In hoc ſinu urbs fuit aſtacus quꝗ illi nomen dedit Me garenſes & Athenienſes eam condidere. Dedalſus ampliauit. Lyſimachus diruit & habitatores eius in Nicomediam tran ſtulit. Huic ſinui alius continuatur: ad orientem ſolem rece dens ī quo pruſias ciuitas fuit:quꝗ cyus antea uocabatur. Cy um Philippus diruit demetrii filius & perſei pater: deditque pruſiꝗ Zelꝗ qui in hac diruenda & uicina urbe mirlia ſotia ar ma prꝗſtiterat. Ille eas excitās cyum quidem a ſe pruſiadem nominauit. Mirliam uero Apameam ab uxoris nomine. Hic eſt ille pruſias qui poſt anthiocum ſupatum fugientē ad ſe hannybalem hoſpitio ſuſcepit: quique ex helleſpontia mi grans Phrygia ſecundum Athalicorum foedera ceſſit eam priores paruam appellauere Phrygiam: poſtea epictetam

huius ciuitatis villa mag[nus] cōſtātinus obiit q cū vellet ī iordane fluuio baptizari

idest acquisitā. Prusiadi mons imminet quem argantonū uocauere. hoc ī loco Hylam unum ex sociis herculis: qui etiā argonauta erat cum aquatum egrederetur a nymphis captum finxerunt. Cyus quoque herculis comes e colchis rediens: & in his locis residens urbem de suo nomine condidit: prusienses diu postea festa celebrarunt: in quibus per montes uagi ac saltantes hylam uocabant: quasi in siluas ad illum inquirendum egrederentur. ii cum beniuole erga Romanos se gessissent libertatem obtinuere. Apannenses Romanorum coloniam acceperunt. prusa urbs fuit in Olympo mygio sita. Hanc prusias condidit: qui cum cręso bellum gessit. Hinc ortus ē dion philosophꝰ q de regno scripsit & Traiani tēpore claruit. Inter phryges mysos ac Bithynios determinare fines arduum est. Nam cum incolę barbari & militares essent: & quę uicissent non firmiter tenerent: sed modo eicerent: modo eicerentur. consequens fuit sępe mutari confinia. Strabo tamen inter Bithyniam & esapi hostium mysiam posuit: & mari contiguam fecit: et usque ad totum pene olympum progredientem. Ptholomęus duplicem mysiam minorē & maiorem commemorauit: & utranqꝫ extra Bithyniam in Asia posuit non procul ab ida Scylax cariandrus dixit phryges ac mysios circa lacum ascanium in Bithynia habitasse. Dionysius uero conditarum urbium scriptor ait angustias quae apud Calcedonem & bysantium medię sunt olim mysium bosforum nominatas fuisse. Homerꝰ uero esapum mysorū confinium dixit & troum. Olympus autem mysius in ipsa bithyuia assurgit: cuius latera uersus orientem usque ad ascanium lacum epictetus occupat. Epictetum uero aliam mysiacā aliā phrygiacā dixere. Mysiaca troianis ꝓpinqor fuit. Olympus in uertice siluas habuit īgētes alēdis latrociniis accōmodas & loca optīe septa: ex qbus sępe tyrāni & ꝑdones uicinas

Cleon latro
Sigismundus Malatesta
q urbs iuliopolin fecit.

gentes infestauere. inter quos fuit Cleon latro Sigismundi malatestę qui nostro tempore proditorum princeps habetur similis: q cum esset e uico gordo: quem postea augens urbē fecit: & iuliopolim appellauit: in initio prędonum receptaculo loco ualidissimo utebatur nomine callidio. Is antonio ualde utilis fuit. nam profectus ad eos qui pro labieno tributa colligebant omnia impediuit: quo tempore ille Asiam obtinebat. In acciaco autem bello quom ab antonio desciuisset: cęsaris ducibus adhęsit: & supra quā eius meritum pateretur in honore habitus est: & ultra munera ab Antonio data accepit etiam quę cęsar dedit ita ut pro latrone prīcipis habitum gereret. Idem ętate nostra fecit Iacobus caudola qui centum millibus aureis emptus a martini quinti pontifi. max. nepotibus mox nouo auro inarrat⁹ ad Eugeniū pont. max. defecit dicens: adeo se proditionib⁹ auctum ut proditorem se compellare nemo coram auderet. Cleon iouis abretanii sacerdos erat: quem deum mysii colebant: postea comanorum sacerdotium in ponto acccepit: ad quod cū uenisset ītra mensem obiit: ex nimia crapula morbo correptus in eo phano ꝓhibitus erat suillarū esus carnium: unde nec in totam urbem sus inferebatur. Sed cleon latronum morem ostendens non ut sacerdos: sed ut corruptor primo ingressu consuetudinem pręuaricatus est: atque idcirco creditus est ira deę percussus interiisse. Olympum in circuitu habitaueruut a septentrione. m. ol
Bithynii & Mygdones & doliones: reliquum Mysii habuerunt: & epict etus. quidam uero doliones eos dixerunt: qui circa ciricum habitauere ab esapo flumine usq; in Rhindacū. fl
et dasciliticū lacū. p⁹ hos mygdōes fuisse usq; ī merleanorū agrū supra dasciliticū lacū alios duos extitisse lac⁹ apolloniaticū et myletopolitanū: dasciliū ciuitatē dascilitico lacui nomē dedisse: et myletopolī myletopolitano: et appolloniā c⁹

rindicū & dasciliticū lac⁹
appoloniaticus & miletopolitanus

ptholomeę⁹ meminit q̄ ꝓpe Rhindacū sita fuit appolloniati-
co quorū locorū maximam partem coriceni postea possede
runt. eius phrygię quā epictetum uocauere: & circa olympū
fuit sex ciuitates nominanit Strabo. inter quas cados posuit: Sex ciuitates
quos quidam ad mysiam pertinere dixerunt: mysiam in me-
diterranea posuere ab Olympina regione usque in pergame-
nam & caici campos descendentem: exquo fit ut manifeste
ad Asiam propriam pertineat extra bithyniam sita.

IN mediterranea Bithynię regio memoratur Salon ap
pellata pascendis bobus idonea: unde etiam salonensis
caseus dictus est. Hic Nicea bithynię metropolis iuxta lacū Hic nicea bitinie metropolis iuxta lacum
ascanium & campus ingens & ualde foelix circunstat aestate ascanium
non admodum salubre. Niceam primus Anthigonus con
didit Philippi filius: & Anthigoniam nominauit: postea lysi
machus a nomine uxoris antipatri filię Niceam appellauit.
Vrbis ambitus stadiorum sexdecim fuit in figura quadrata
quę in campo sita quatuor habuit portas ad rectos angulos:
ex uno lapide qui circa medium gymnasium posit⁹ erat om
nes quattuor portę cernebantur. Hic iubente constantino fa-
mosa illa synodus celebrata est trecentorum & decē & octo hic famosa illa sinodus celebrata
episcoporum & perfidum arrii dogma recisum. Petrus here 318 episcoporum
mita & Rhainaldus Teutonicus qui Gothifredi in expeditio
ne Asiatica fuere comites in agro niceno duo oppida occu-
pauere: Heregorgon ac cynitum. Sed Turcorum subita irru
ptione conclusi Petrus per speciem legationis aufugit. Rhai
naldus cum aliquot millib⁹ abnegata christi fide deditionē
fecit. Reliqui oēs a turcis trucidati sunt. Paulopost Gothi
fredus transmisso mari Niceam circumsedit: & post dies &
quinquaginta dies obsidione pressam obtinuit: Turcis cum
rebus & armis abire permissis: postea male defensam iterum
turci occupauere. Huius urbis ętate nostra pontificatum acce
pit Bessarion Graecus quem Eugenius pontifex maximus bessarion Graecus quem Eugenius
iter Cardinales assumpsit: uirum excellentem & moribus & pontifex maximus inter cardinales assumpsit

litteris. Sed nunquam plebem ſuam adiit : quae uel minima eſt hodie uel nulla. Ex lacu fluuius oritur quem pariter aſcanium priſci uocauere. Is in propontidē cadit. Apud eum burſam eſſe tradunt nobile turcorum emporium : & eorum qui ſūtin Aſia pręcipuam regiam . paulo ſupra aſcanium lacum ad orientales Bithynię partes otrea ciuitas fuit. Ptholomęus begdonis regionem apud Aſiam propriam in Bithynia collocauit olympinis lucinam & thimūtis regionem ultra nicomaediam uerſus Pontum : & plurium locorum meminit : quorum relatō lectori onero ſa eſſet. Bithyniam prius Bebriciam fuiſſe dictam Iulius ſolinus affirmat. Deīde mygitoniā poſtea a bithynio rege Bithyniam & in ea libyſſam lacū . Nicomedię proximum ſepulchro hannybalis famę datum: qui ne traderet̄ Tito quintio ob hanc cauſam in Bithyniam miſſo: captiuuſque Romā duceretur : guſtato ueneno animam expulit: & a Romanis ſe uinculis morte defendit. Ex Bithynia fuerunt uiri in diſciplinis memorabiles Zenocrates philoſophus & dionyſius dialecticus & hypparchus & theodoſius & filii eius mathematici: & cleophanes orator ex mirlea & aſclepiades medicus pruſenſis & quem pauloāte nominauimus Dion.

a Siam nunc minorem & ꝓpriā aggrediemur: huic ſeptētrionem Bithynia claudit. Auroram modo galatia: modo lycaonia & piſidia exhibet : occiduas partes maria exterminant : quę a propontide uſque in cariam & doricam extenduntur. In auſtro taurus occurrit: rurſus minorem Aſiam in alias partes ſubdiuidim⁹ quarū prima maior phrygia erit: altera myſia: tertia troas: cum qua ęolis concurrit: & aliquanto maior eſt. Quarta ionia : quinta & ultima caria. Maior phrygia ab epicteto īcipit & in auſtrum uergens ad taurum uſque protenditur: a ſiniſtra Bithyniamet piſinuntē relinquēs: a dextera myſos meonas et lydos et caras. Hęc partī mōtana eſt: partim campeſtris: nam et montes attingit quos piſides obtinu ere: qb⁹ ꝓpīq̄ fuit apamia q̄ cibot⁹ dicta ē: et laodicea q̄

phrygiarum urbium maximę fuerunt. Sed in cęlenorum iugis quę ad lycaoniā ptinet urbs fuit noīe cęlenis :qua destructa antiochus sother homines transtulit in eam quae postea apamia dicta est:et urbē appellauit de nomine matris apamię Artabazi filię quę seleuco nicanori nupta fuit. Vrbs ī hostiis marsię sita fuit q amnis mediam urbem percurrebat: ab ipsa ortum habēs: Sed uehementi ac prono flumine in suburbanum delatus in meandrum exonerabatur. Insigne hic emporiū fuit secundas post ephesum ferens laudes: et commune italicorum et gręcorū hospitium habuit. Non procul hinc lacus extat qui calamum gignit ad tibiarū linguas idoneum:hinc fabula conficta est de cōtentōne:quā cum apolline marsias habuit:et sunt qui putant ab eolacu marsię ac meandri fontes emanare: laodicea cum prius esset:postea maximū cepit augumētum: quanuis ab obsidione mithridatis plurimū labefacta fuerit.nā loci uirtus et ciues qdā fortunati eam ualde magnificarunt. Primum hiero qui hęreditatem populo dimisit supra duo millia talentorum & multis donis ciuitatem exornauit.postea Zeno orator & polemo eius filius qui ob res fortiter gestas prius ab Antonio: postea ab augusto ad regię dignitatis fastigium euect9 est :loca laodiceę pxima oues optimas ferunt:nō modo lanę mollitie qua mylesis pręstāt sed etiam colore:unde magnos prouentus assequuntur. In hoc tractu caper & Lycus influunt in meandrum & laodiceā a lyco dictā putant. Vrbi mons īminet nomine cadm9 ex quo lycus fluit & alter eodem nomine quo mons appellatur hic plurimum sub terram delapsus :postea erumpens in idem influit: in quo alia flumina:estque regio ualde cauernosa & quassabilis Nam & laodicea & proxima ei regio plurimum terręmotibus concussa est: Apamia quoque ante mithridaticum bellum sępe terręmotibus afflicta fuit. Rex uero cum urbem euersam uideret ut repararetur centum talenta exibuit. Dicunt & Alexandri tempore similia contigisse quibus ex rebus maxima apud eos in ueneratione neptunus fuit : putantque a caeleno neptuni filio ex caeleno una Danaidum procreato urbem appellatam

ex qua cultores in apamiam translatos diximus. Inter Laodiceam et apamiā lac9 fuit pelagi magnitudinē habens: q cęnosā & subtererrantem exhalationem emisit. carura phrygię carięq confinium fuit. hic uicus diuersoria habuit: & feruentes aquas in meandrum exeūtes. Fama est lenonem cum magno scortorum grege ī diuersorio hospitatum facto per noctem terręmotu cum omnibus periisse: nam tota fere regio circa meandrum terręmotibus quatitur: & aquę: & ignis ductibus perratur. Inter laodiceam atque caruram templum fuit mensis carii appellatū in maxima ueneratōe habitum: in quo medicorū scholam Zeuxides construxit. Meander igitur ex celenis ortus caruram usque per phrygiam labitur quo in loco lycum excipit: quem possumus phrygię carięque limitem facere. Lysias pręter montana regio & ipsa phrygię datur. Hęc iugum quoddam hēt quod ab ortu in occasum uergit. Huic planities utrinque subiacet & urbes fuere a septentrione philomelium & ex altera parte Anthiochia: iuxta pissidiam quę partim in campo iacuit: partim in colle & Romanorum coloniam admisit. Magnetes prius eam habitarunt: qui iuxta meādrum fuere Romani ex potestate regū eripuere & libertate donarūt. In ea sacerdotium quoddam fuit mensis arcei quod maximam sacrorum & seruorum & locorū multitudinem habuit: sed post amynthę obitum euersum est ab his qui in eius hęreditatem missi fuerant. perraro enī religionis affectus ad heredes transit. Ptholomęus Anthiochiam quę Philomelio opposita fuit Lycaonie dedit. Symnada urbs nō magna ad Phrygiam pertinebat: antequam planities iacuit oleis consita sexaginta fere stadiorum. Vlterius magis ad septentrionem docimia uicus fuit: in quo Symnadicus lapis effodiebatur: sic enim Romani appellabant. Indigenę uero docimitē & docimeum. Vena a pīcipio paruas glebas emittebat: postea propter maximos Romanorum sumptus columnę integrae & ingentes extrahebantur uarietate alabastro persimiles: multaq hinc onera ad mare deuehebantur: & columnę ac lapideę tabulę magnitudine et pulchritudine admirabiles Romam deferebāt

Amorium quoque & Eumenium oppida in phrygia fuere: & alia multa commemorat Ptholomęus : quorum insipida est absque historia nominatio. Phrygię maiori mydas imperauit partem galathę tenuere. Regio Cipilo uicina ab antiquis phrygia dicta est. Sed utrum maioris an minoris phrygiae pars fuerit incertum :unde niobem & tantalum & pelopem phrygas dixerunt.Phryges christianam fidem receperunt & diu tenuerūt: sed emersit apud eos montanus quidam qui se paraclytum nominauit: gentemque illam infecit cum quo mulieres prisca & maximilla relictis uiris suis incedebant: & illius inspiratione ꝓphetissę dicebantur : multisque erroribus & phrygiam & uicinas regiones impleuerunt. Hęc de maiori phrygia: de epicteto quę minor fuit iam diximus.

Ysiam duplicem esse dixere : alteram olympinam bithy-
m nię & epicteto continuam:cui cultores ab histro uenisse arthemidorus affirmat:alteram pergamenam quę ab olympicia ī caicum pergit. Harum circunscribere terminos operosum est quando & phryges & lydi & meones intermixti fuerunt:neque separare eos facile est.Dicemus ergo de mysis lydis & meonibꝰ simul:& unam ex omnibus prouinciam faciemus:eamque mediterraneam: quę ab olympo & bithynię finibꝰ usque in ioniā uersus meridiem protenditur: ab orienti maiorem phrygiam : ab occidente troadem relinquens. Mysos alii traces : alii lydos fuisse dixerūt:et quoniā lydi fagum acetosam quę multa nascitur in olympo mysam uocauere:ab eo mysos dictos putarunt: quibus sermo fuit ex lydo phryigioque permixtus: & hi circa olympum habitantes usque ad caicum fluuium se extenderūt. Phryges uero ex tracia profecti circa troiam consederunt:& aliquibus in locis commixti mysis fuere: & aliquādo circa ciricū & practium habitauere.postea mutantes loca:alii circa olympū in epicteto:alii magis uersus meridiem & orientem sedes accepere:quos maiores phrygas appellauimus . Hęc autem quę de phrygibꝰmysisqꝫ memorāť:Troianis tēporibꝰ antiqora sunt. Intra mysiā oīs agger cōtineť q ab olympo & ida mōtibꝰ usqꝫ ad caici fōtes ꝑ mediťraneā ꝓtēdiť : & quoniā lydi & meones

inter myſos cõputantur ulterius in auſtrũ uſq; in agrũ ſordicẽ ſem tranſhermũ amnẽ & laodiceã caiſtrianã myſa excurrit: Bithyniȩ nõnihil cõphendens In qua ẽ olympus. In his termĩs mons Tinolus cõcludit: & ſypilus & cõbuſta regio & Theutrania: & pgamenus ager: et thebanus qui ſupra adramytium fuit. hunc ppter fertilitatẽ pri9 myſi ac lydi poſtea grȩci ĩfeſtauerũt. Deinde adramytini obtinuerunt: & ſunt qui dicũt ipſum adramytium a lydis fuiſſe conditum: in quo & portȩ fuerũt lydrȩ appellatȩ. Aſtyram autem uicum adramytio propinquum nõ dubitarũt ad myſiã pertinere: in quo aſtyrinȩ dyanȩ tẽplũ fuit: et lucus cui antandrii religioſȩ prȩerãt: quorum ciuitas propinqua fuit in mediterranea ſupra antãdrũ et adramytium ad ſtadia circiter quinquaginta theba fuit: quã cinctã ſiluis homerus dixit: non procul ab ida inter thebam & aſtyram ſexaginta ſtadiorum ſpacium poſuere. Sed hȩc nunc loca deſerta ſunt. Fuit & lyrneſſus locus natura munit9 ſtadiis octuagĩta ab adramytio diſtãs: qui prorſus corruit. hȩc loca Troiani belli tempore cilices tenebant: in duos diuiſi principatus: alterũ Neetionis: alterum mynetis. Neetioni theba paruit: Myneti lyrneſſus. chriſeis: & theba capta fuit e lyrneſſo briſeis: prope thebam locus fuit cylla appellatus: & appollinis cyllȩi templum: & cyllȩus fluuius qui ex ida delatus antandri per[?]bitur agrum. ĩter Helleam pythanamque loca maritima & pergamum quȩ mediterranea urbs eſt Theutraniam fuiſſe dicunt: diſtantem a qualibet earũ circa caicũ ſupra ſtadia ſeptuagĩta. Euripides fabulã ſcripſit in qua refert aleum cum filiam augeam ab hercule corruptam repeeriſſet in urna quadam cum Thelepho filio ĩpoſitã ĩ mari demerſiſſe: ſed urnam palladis prouidẽtia ad caici hoſtia trãſmiſſa euaſiſſe. Theutrãtem uero qui cilicum & myſſorum rex eẽt cum eos excepiſſet augam in uxorem thelephum in filium habuiſſe: fabuloſa hȩc & contẽnẽda quae deorũ tanq̃ hominũ ſtupra commemorant: alii tradunt arcbadis filiam cum myſorum rege cõgreſſã thelephũ peperiſſe q regno ſucceſſerit: & theutrãtem regioni theutraniȩ nomen dediſſe: quȩ caico proxima eſt Thelephus eius filius euripilũ progenuit quem neoptholemus

interfecit:cum quo ceti i commerũt a fluuiolo cetio nominati:q
torrenti similis in agro cla[illegible]o exort⁹ in alium similem ĩcidit:
& deinde in alium qui in caicum deuoluitur. Caicus autem nõ
fluit ab ida ut aliqui dixere: sed ex tegno monte qui in mediter
ranea thebano campo imminebat. e tegno mysius amnis fluit ĩ
caicum emittens sub fontes eius: prope cuius ortum uicus ger-
geta fuit in quem athalus eos transtulit qui in troade erant cum
locum eum cępisset euripilum cuius mentio facta est in locis ca
ico proximis imperasse homerus tradit: ob quã rem credibile ẽ:
magnã cilicum partem sub eo fuisse: & tres extitisse cilicũ prin-
cipatus quãuis duo tantũ commemorẽtur. Caicus amnis regio
nẽ ualde bonam & totius fere mysię optimam percurrit: cuius
principatum pergamum obtinuit. Insignis ciuitas quę diu sub
athalicis regibus fortunata fuit: & postea Romanorũ ꝓuincia
facta est athalici reges a philetero thianensi eunucho ortum ha-
buere Lysimach⁹ agatoclis filius qui unus fuit ex alexandri suc
cessoribus: turbineum & acutum montem supra pergamum cõ
muniit: & suos ibi thesauros posuit: quorum custodiam phile
tero tradidit: cum optime esset educatus: & sibi carus: sed iscũ
ab arsinoe lysimachi uxore dissideret: q̃ eum accusauerat tẽp⁹
ad defectionem expectauit. Interea lysimachus malo consilio
ductus agatoclem filium interfecit. Seleucus autem nicator re-
uersus illum substulit: & ipse a Ptholomęo ceraunno sublatus ẽ
dolo interemptus. Inter hos tumultus eunuchus in arce se con-
tinẽs: nũc isti nunc illi quem ualidiorem esse animaduertet ob
sequens: uigĩti annis castellum & pecunias possedit. Duo ei fra
tres erant: eumenes natu grandior & athalus iunior. ex eumene
nat⁹ est alter eumenes qui pergam successionemi habuit & An
thiochum seleusi filium apud sardes prelio superauit: et cum re
gnasset annis. xxii mortẽ obiit: cui successit Athalus ex athalo
& Anthiochide achei filia natus qui primo rex est appellatus: et
prelio maximo galathas superauit: & Romanorum amicus in
classe rhodiorum cum eis aduersus philippum pugnauit: obiit
que iam senior cum imperasset annis xliii. relictis quatuor filiis
ex appollonide Ciricena. Eumenides primo genitus regnum

caicus fl. nõ ab yda m. [illegible]
[illegible] misius fl. ĩ caico fl. sub fontes eius

Athalus q pº rex ẽ appellatus

suscepit qui cum Romanis aduersus magnum Anthiochus & aduersus parsem bellum gessit & totam eam regionem a Romanis accepit quę sub anthiocho circa taurū erat : regnauitque annis quadraginta nouem .urbem muniuit:lucum Nicephorium seruit:templa construxit : & bibliothecas & palatia & mirū ī modum ciuitatem āplificauit. Imperium athalo filio reliquit ex stratonice ariaratis capadocum regis filia nato :sed admodū puero fratrem athalum tutorem constituit : qui uiginti & uno annis regnauit: & aduersus demetrium seleuci filium cum Alexandro anthiochi bellum gessit cōtra pseudo Philippum Romanorum socius fuit. Diegelim regem cępit ducto in Traciā exercitu prusiā īteremit pręfecto illi filio nicomede. Postremo athalo qui sub tutela erat urgente morte reliquit imperium. Is Philomator cognominatus cum annis quinque regnasset morbo decedens Romanos heredes instituit:qui eam regionem in prouinciā redegere:ut sunt res humanę quę paruis ex principiis cum multum creuerint: & postea corruūt. Viri excellentes pergameni fuere Mithridates menedoti filius & adobogion ex thetrarchica galatharum stirpe genitus :qui contracta Iulii cęsaris amicitia ad id honoris peruenit: ut materni generis thetrarcha & Bossori rex efficeretur . Sublatus est autem a Lysandro qui Pharnacem regem occidit:et bossorū occupauit. Apollodorus etiam orator pergamenus fuit:qui artes conscripsit & appollodoriam sectam introduxit: & Augusti cęsaris magister fuit: & discipulum habuit memoratu dignum Dionysium ciuem suū cognomine athicum qui sermones & historias cōscripsit. Athalus ciuis pergamenus pro christi nomine in gallia martyrium ꝑtulit: & in ipsa pergamo complures occisi sunt xp̄m deum esse confessi: īter quos papirius et carpus et agathonica optima foemina martyrii coronā acceperunt. Progrediēti ad urbem orientem uersus urbs appollonia fuit in loco edito imposita ad sinistram caici fluminis partem urbē tyatiram commemorant macedonum habitationem:quam nonnulli mysorum ultimam dicunt. Hic una fuit ex septem ecclesiis ad quas Iohannes apostolus scripsit apochalypsim .ulterius ad meridiem hermi campus

occurrit: & sardis olim urbs magna posterior Troianis rebꝰ antiqua tamen quę promōtorium munitissimum habuit: & lydorum caput fuit. Tinolusei imminebat mons foelix: qui spelūcam in uertice habuit albi lapidis a persis conditam: ex qua circunstantes spectabantur campi: usq; ad caistrum lydi & mysi: et macedones circumhabitauere. Pactolus a Tinolo multa olim auri ramenta deferebat: ex quo pręclaras illas cresi et maiorum diuitias ferunt: nunc auri uena defecit. Pactolus in hermum defertur et hillus: qui postea Phrygius dictus est. Nonnulli hermum initium esse mysię dixerunt: e mōte didymene sacro per exustam in sardianum agrum et mare defert̃. Urbi sardianę planicies subiacuit: & cori & hermi & Caistri campi: qui cōtinui sunt: & camporum omnium optimi. Quadraginta stadiis ab urbe lacus fuit: quem homerꝰ gregoeum appellauit: postea rolus dictus est ubi coloena diana uenerationis maxime templum habuit. Circa coloum antiqua regum monumenta fuere. Apud Sardis uero aliatis īgens tumulus super excęlsa crepidine: cuius maximā partem ancillę perfecerunt: quę ut herodotus ait omnes meretricabantur. Quidam meretricis monumentum hoc fuisse dicunt. Calisthenes ait Sardis prius a cymeriis captam: postea a treribus ac cilicibꝰ: deinde a cyro et a croeso. exin ciuitas hęc ob loci uirtutem ita instaurata est: ut nulli finitimarum cederet. Imperante Tiberio cęsare multa eius ędificia ex terremotibus corruerunt. Sed imperator & hanc & multas alias suo beneficio reparauit. Viri memorabiles ex Sardis fuere: duo Diodori oratores quo natu grandior cognomento Zonas multa certamina pro Asia concertauit. Accusatus autem qđ ciuitatem ad mithridatis amicitiam pelliceret: habita excusatione omnes calumnias diluit. Iunior Diodorus Strabonis amicus fuit & historias scripsit & poemata: quę ātiquis non cederent. Xanthus rerum scriptor antiquus Lydus fuit an sardianus incertum est. In sardis ecclesia fuit una ex septem asię quarum Iohannes meminit. Melito Sardensis ecclesię ātistes pro christiana fide multa scripsit: & apollogeticos īpatoribꝰ

Vrbs philadelphia terremotibus concussa / In hac etiā vna ex septē ecclesiis

regio meonię vel mysię

Larissa

misit qui propter regnum dei eunuchus effectus:et spiritu sā cto plenus apud suam plebem quieuit. Philadelphia quoq; quę ad mysos pertinuit Vrbs terremotibus concussa :cuius incolę magna ex parte in agris degebant:non tamē magnope agriculturę studebant:quanuis terram haberent fertilem. In hac etiam urbe una ex septē ecclesiis & christi sacra recepit. Supra philadelphiam orientem uersus exusta regio patet sta diis lōga qngētis:quadringētis lata : quā alii meonię:alii my się dedere:nullę hic arbores inueniuntur:pręter uitem:quę ex ustum uinum fert ita elegās ut nulli cedat.Summa camporū facies cinerulenta est :montana petrosa & nigra.Quidam ex crebro fulminum ictu id contigisse arbitrantur:nec dubitāt: quę de Typhone dicunt̄ hoc in loco fabulari.Sed credibilius est subterraneū ignē qui postea defecerit regionem exusisse. Tinolus coactus ē & ambitum mediocrē habet: atq; in ipsis lydię ptibus terminatur larissa q̄ in agro ephesio collocat̄:& in campo caistriano sita tinolo q̄ epheso uicinior. sub moe-nibus fuit. Ephesii enī multū ex agro meonio absciderunt: quos postea lydos appellauere.Sipilum montē & regionē q̄ circa est quidā maiori phrygię dederūt:qdā minori : nos my się appōim9.Sub eo magnetia fuit hermo uicīa:quā terręmo tus deiecit.Altera ē apd' meādrū de qua postea dicem9:tātū ē qd' de mysis ac lydis explicare placuit:q̄uis etiā int̄ charas et maiores phrygas usq; ad taurū lydorū mysorūq; nōnulli cō currerint. Troas fama pcelebris mysię ad occidentē subiacet tota mari exposita. Homer9 ab esapo usq; ad caici fluminis hostia eius fines pduxit.Eudoxus a priapo fecit īitiū.Dama sces a pario.caron lāpascenus a practio. scilax cariādi9 ab ab ydo:tāta ueterū discordia fuit ut strabo refert. Nobis home ri limites placēt:sed addim9 id terrę spacium quod ab hostio rhīdaci flumīs ē usq; ad esapū ut orā cizicenā īcludam9quā ptholomęus pprię asię dedit : q etiā minorē phrygiā troadi cōmiscuit:nos eā bithynię applicauim9 olympo mysię adia-cētē:sed quoniā eolis troadi pmixta fuit eaq; usq; ad hermū fluuiū pcurrebat nō ab re fuerit ad eūdē limitē meridiē uers9

extendere troadē ut inde rhindaco hinc hermo claudat: q̄uis nōnulla ionię loca ad dexteram hermi iaceant. A Rhindaco igitur incipiemus: qui troadis terminus est septentrionalior Hic fluuius ex aranitide regione quę mysorū fuit ortum hēt & p myletopolitanum et apolloniaticū agrum decurrit: assū ptisq3 cū aliis: tum etiā aceste ex abretana mysia ī propōtidē iuxta besbidim insulam emittit: q̄ cizicenorum fuit: & mōtē habuit arboribus plenum nomine artacem. Nō pcul hinc Cizicus īsula fuit quingētorū fere stadiorū ambitu admodum ferax: & duobus pontibus iūcta continenti quę iuxta pontē eiusdem nominis urbē habuit: & portus duos clausos & naualia. pars urbis in planitie iacuit: pars monti adhęsit: qui ursarum appellabatur: cui mōs alius īminebat Dindyma noīe: unicum habēs uerticem in quo dindymenę matris deum: ut erat stulta gentilitas argonautę delubrū ędificauerūt: ciuitas & magna fuit & pulcherrima & optimis instituta legibus: & paci & bello aptissima: ī qua tria fuerūt armamentaria: aliud armorū aliud īstrumētorū: aliud frumētorū: q̄ ne corrūperēt calcidica terra pręstabat. Mithridates cum cētum & quingīta millibus hominū & multo equitatu hāc urbem obsedit: cui9 impetum ciziceni cum quadringentis nauibus perfregerunt: ipsumq3 prope in cuniculo opp̄sserunt contra effodientes. Lucullus auxilia obsessis misit: & pestis adiumento fuit quę regem multis suorū amissis discedere coegit. Romani liberam ciuitatem dimiserūt: & multū agri ei addiderūt: cum ex troadis regiōe: tū ex aliis. Nā & ad rhindacū & ad esapū cizicenorum ager protendebatur. Nūc q̄d sit cizicus nobis nō satis cōstat: adeo claritatē rebus adimūt tempora: & nos homūctiones diuturnā q̄rimus in hoc sęculo gloriā quā potētissimę ciuitates retinere nō potuerūt. A cizicena regiōe & locis esapo & granico uiciuis usq3 abydum propōtidis ora pducitur: quę ad troadem ptinuit. ex abydo uero usq3 lectū promontoriū & Ilii & tenedi & Troianę alexandrię regio fuit. Hisq3 omnib9 ida īminebat: a lecto usq3 ad caicum cōplura alia loca fuerūt: q̄bus ex aduerso lesbiorū insula cōsurgit q̄

propōtidē / insula besbedim q̄ cizicenorum fuit & mōtē habuit arboribus plenū noīe artacē. / Cizicus insula / lesbiorum insula

omnia troianorum fuere per principatus octo uel nouem ad ministrata: quibus post deletum ilion ęoles sese īmiscuere a ciziceno agro usq; in caicum troadis terminum. Sed ęoles ul terius processere usq; ad hermum eumanū agrum & phocen sem occupantes ubi ionię fuit initium. Dicunt autē ęolicam coloniam quatuor sęculis antiquiorem esse ionia. Penthyl9 horestis filius annis sexaginta post troiam captam patre suo ī archadia mortuo In traciam processit: quo tēpore heraclidę in pelopōnesum rediere. Deinde Archelaus penthylo nat9 cū ęolica classe in cizenam regionem traiecit. Gran uero filius eius iunior usq; ad granicum fluuium ꝑfectus est: qui ab eo nomē accepit: & deinde in lesbum insulam transmisit eamq; occupauit. At clebas dori filius & malaus: qui et ipsi agamē- nonis genus fuere eodem tempore quo penthilus exercitū cō traxere: sed circa locrensē agrū et phritium montem diu com morati: postea in asiam trāsgressi cumā condidere: quā phry tioniam uocauere. penthili classis trāsitū ex tracia anticipauit ęolesq; p totā troadē disp sit: atq; idcirco ęolis & troas simul accipiur. Ida mōs altissimus ad troadē spectat: habetq; mul tos pedes: latus eius septētrionale ex angustiis abydi usq; ad esapū & cizicenū agrū ad ꝓpontidē pertinet: & circa zeliam finitur: occidētale ad hellespontū respicit: Australe ꝓmonto rium facit qđ lectū appellat̄: & puo freto a septētrionali pte lesbye insulę disiungitur: orientalia idę ad mysos declinant. primus e mari exitus in idā ascendentibus apud lectū fit: abū datq; mons aqs: & multa flumina ex eo descendūt: in cui9 sū mitate locus fuit gargarus appellatus a quo gargara ęolica ci uitas dicta ē. Zelia ī extrema idę p̄termōtana fuit: distās a ci zico stadiis cētū & nonaginta: a ꝓximo mari in quod esapus emittit stadiis octogīta circa. zeliā Tharsius effluebat amnis quē. xx. locis ea uia ptransibant. prope esapi hostia Tumul9 qdā fuit: in quo Mēnonis sepulchrū ostēdebat̄: eius quē thy toni filiū dixere: & ꝓximus mēnonis uicus. inter esapū & ur bem priapū Ciranicus effluit amnis magna ex pte p adrastię cāpos delatus ubi alexāder darii satrapas p̄lio supauit: totāq;

lesbus insula.

yda m. ad troadē spectat. q altissimus.

alexander darii satrapas prelio supauit.

fl. gran

m. phri

m. id

fl. th

fl. cira

regionem cępit: q̄ īter taurū erat & euphratē ad granicū urbs fuit & regio nomine sydena: Sed urbs diruta iacet. In cizicē & priapem agri confinio Arpagia fuit: locus ex quo ganymedem gentilis theologię dedecus atq; infamiam raptū dixere: qđ alii circa dardaniū ꝓmōtoriū cōtigisse arbitrantᷣ. priapus ad mare iacuit: & portum habuit: cultores eius: alii mylesios dixerūt: alii cizicenos. priap⁹ ei nomē dedit: quē ciues tāquā liberi patris filium et nymphę colebāt. Lactantius firmianus ob scoenam causam refert ꝑpter quam matronę priapum in exilium actum colere cęperint. Circūuicina regio adrastia uocabatur ab adrasto rege: qui primus nemesi. i. fortunę tēplū ędificauit adrastiāq; uocauit. Romāi quoq; huic deę templa dicauere stulti qui substantiā esse aliquā fortunam putarūt: regnorū & opum dispensatricē: quę solius dei nutu huc atq; illuc transferūtᷣ. Adrastia ciuitas inter priapum & pariū fuit: qua diruta lapides transuecti sūt: & ibi ara ędificata hermocreontis opus magnitudine & pulchritudine memorabile. parium ad mare situm fuit: & portum habuit maiorē quā priapus. ciues athalicis regibus paruere: quorū fauore multū agri priapensibus absciderunt. Hic genus hominū fuit: quos anguigenas uocauere: & cognationem quādā cū serpentibus habere crediderunt: quorū mares ꝓditum est serpentum morsibus fuisse remedio si eos cōtinuo attigissent ac primo liuorē transtulisse: postea tumorē ac dolorem sędasse. Auctorē gentis heroē quēdam tradidere ex serpente īmutatum: ut est antiquitas fabulosa. Vis ea aliq̄diu in genere mansit: quēadmodum in calabria fama est de iis qui ex progenie. s. pauli appellantur. nam & hos mederi serpentum morsibus affirmāt. pariū mylesii & eritrei & parii cōdidere. ex pario fuit Neoptolemus cognomēto glosographus uir memoratu dignus. Pythia apud pythitatem parianę regionis fuit: & montē pythiū īminētē habuit. īter piū & priapū sita iuxta linū q loc⁹ ad mare fuit: ubi cocleę linusii appellati optimi oīum capiebātᷣ. Claritas loco ab irritamēto gulę tradita ē: & pio priapū nauigāti antiqua ꝓconesus occurrit: & noua q̄ ciuitatē habuit: & albi

Hic fuit aristeus carminum poeta vir facundie

Vrbs lampsacus ad mare et portum habuit

lampsacus callipoli opponebatur 40 stadiis

Caro historicus et adimantus et Anaximenes et Metrodorus

Gygelidorum rege qui totius imperium Troadis habuit

Hic est illud septem stadium mare quod Asiam dirimit ab Europa.

lapidis largā uenā apprime laudatā :ūde cizicenorū opa pulcherrima extructa fuerūt. Hinc fuit aristeus carminum poeta, uir facundię blanditus uehemens. Rheę montes alii zelię uicinos putauerunt : alii lampsaco ad quadragita stadia . In his Thera fuit prima lydorū regia : postea psarum: nūc ignota ē: & sine nomine iacet. Fuit & teplu matri deorū sacrū qd' rheę uocauerūt. Vrbs lampsacus ad mare iacuit : & portū habuit optimū: sicut abydus a qua distabat centū & qnquaginta stadiis Pythuisa prius appellata. Xerses hanc urbē Themistocli ī uinū dedit: nam tota hęc regio & pariana & priapena uineis abundauit. Hinc fortasse temulēta matronarū turba & uenerι dedita priapi cultū inuenit. Lāpsac9 callipoli opponebatur quadraginta stadiis ab ei distans. īter lampsacū & pariū urbs fuit pesus & flumē : urbe diruta pesini lāpsacū migrauere: cū et ipsi mylesiorū coloni essent quemadmodū et lāpsaceni. In agro lampsaceno locus fuit gergithium appellatus uineis cōsit9: & ciuitas gergitha a gergithis dicta: quę ī cumano errāt: & lampsace fuit caron historicus & adimāthus : & anaximenes & metrodorus epicuri sodalis: ipsum etiā epicurū quodā modo lampsacenum dicunt diu lampsaci uersatum atque leontei & idomenei amicitia usum qui primi erant in ea ciuitate. nec alienum est uoluptatis laudatorem eā ciuitatē amasse in qua uinum erat optimum sine quo lāguida uoluptas ē. Ex hoc loco agrippa leonē qui corruerat trāstulit lysipi opus eūque collocauit in luco qui īter lacum & euripū erat. Lāpsacus & parius troianis tēporibus nōdum erant: Sed arisba ī his locis fuit ꝑpe selleentē amnē. Asii hirtacidis regia fuit & practius amnis et urbs sub asio. Sed hęc loca ꝓrsus defecere cū tēpore qd' omnia uorat. post lampsacū abydus fuit quā mylesii condidere gyge lydorū rege ꝑmittēte: q totius troadis īperium habuit: et ab eo ꝓmontoriū quoddā iuxta dardaniū gygas appellatū ē: et in ore ꝓpontidis iacet: et hellesponti ęquali spacio a lāpsaco et ilio distās ꝑ stadia circiter cētū et septuaginta. Hic est illud septē stadium mare quod asiam dirimit

ab europa a xerſe ponte iunctum. Abydus in aſia et ſextus in
europa triginta ſtadiis inter ſe diſtabant a portu in portũ. lo-
cus pontis paululum ab urbibus digredienti uerſus ꝓpõtidē
fuit. Traces poſt res Troianas abydum habitauere: deĩde my
leſii. Sed quom darius xerſis pater e ſcythia rediēs nomadas
aduerſus ſe tranſitum parare intellexiſſet: ne urbes ĩimico ex
ercitui cõmeatum prẹberent: multas earum cõcremauit: Inẽ
quas & abydus paſſa eſt incendium. Sẹpe enim ſuis urbib⁹
plus domini quam hoſtes nocent. Abydẹorum regioni Aſti
ra imminebat urbs diruta quẹ olim ſuis legib⁹ uixerat: & au *Aſtura / auri et metallis abũdauerat*
ri metallis abundauerat: quẹ poſtea conſumpta ſunt. Abyd⁹
ab eſapo diſtabat ſeptingentis ſtadiis: recta tamen nauigatio
ne paucioribus: totumque hoc ſpacium troadis ad ꝓpontidē
reſpicit. Hinc helleſpontus incipit: & Ilienſia ſequuntur quẹ *hic heleſpontus incipit*
extra abydum ſunt auſtrum uerſus. Quom cẹtera maritima
uſque lectum quib⁹ mediterranea Troiani campi: & idẹ prẹ
ter mõtana adiungemus. poſt abydum promontorium dar
daniũ occurrit: & ciuitas dardanus ſeptuagĩta ſtadiis ab aby
do diſtans: & Rhodius amnis quem alii in eſapum emittere
tradunt: alii per ſeſe in mare putant exonerari. Dardanus
priſca res adeo ſpreta fuit: ut ſaepe reges: alii eam Abydum
tranſtulerunt. Alii rurſum in priſtinam conditionem habi-
tauerint. Cornelius Silla & Mithrydates Eupator: ut bellum
diſſoluerent hoc in loco conuenerunt. Non procul hinc He
ctoris lucus fuit in loco conſpicuo: deinde lacus Ptheleus: & *Lacus ptheleus*
urbs Ritium in colle ſita: & regio littoralis Ritio continua
et Aiacis tumulus: & templum et ſtatua: quã ab Antonio ab
latam: et in Aegyptum aſportatam. Auguſtus cẹſar ſicut ple
raque alia reſtituit Iliſienſib⁹. Poſt Ritiũ ſigeum urbs fuit:
et nauale: et Achiuorum portus: et a Caica Caſtra: et lacus:
qui os dicitur: et Scamandri hoſtia. nam Simois et Scaman- *Lacus q os dicit / et scamãdri ostia*
der in campo concurrentes multum lutum deuehunt: et mari
timã orã exaggerãtes ore obſtructo maria ſtagnãtia et loca
paluſtria efficiũt a Ritio uſq; ſygeũ: et achillis tumulũ recta

nauigantibus ſtadia intercedunt ſeptuaginta : totaq; hęc ora
nouo ilio ſubiacet:duodecim fere ſtadiis ab eo diſtans iuxta
achiuorum portũ.a priore autem aliis. xxx. ſtadiis ad ꝑtem
quę eſt idam uerſus Achilles templum habuit : & tumulum
iuxta Sygeum.Patroclus & Anthilochꝰ tumulos :quibꝰom
nibus & Aiaci ſacrificabant.Ilienſes tanquã dii eſſent qui ho
mines fuerant:& quidem ſanguinarii Herculem non colebãt
cauſam afferentes:ꝙ is urbem fuerit depopulatus. Sed aliud
in cauſa eſſe oportuit : Siquidẽ Achillis & ſociorum opera
urbs funditus corruit:& hercules paruam ciuitatẽ dirupuit:q
cum ſex tantum nauibus & paucis uiris potitus eſt uictoria:
gręci qui cũ Achille fuerunt magnã et pręclarã urbẽ deleuere:
nam priamꝰ ex paruo magnus & rex regum effectus erat.Pau
lulum ab hac ora ꝓgredienti Acheium fuit:& ad ulteriorem
Tenodorũ regionem pertinuit.hęc omnia ad mare ſita erãt :
quibus Troianus Campus imminebat uſq; ad idam Stad'ia
plurima aſcendens orientem uerſus. Huius pręter montana
perangufta quidem partim ad meridiem extenſa: uſque ad
loca quę apud Scepſim erant: partim ad ſeptentrionem uſq;
lycios:qui iuxta zeliam habitabant.hanc homerus ſub ęnea
& Antenoridis poſuit : Dardaniãq; uocauit: quod nomẽ &
urbi dedit et regioni.Sed urbis nec ueſtigiũ quidem extat.

plato poſt diluuium tria hoĩum genera fuiſſe putauit / pm ſimplex et agreſte / eorum q aquas formidarent et m. cacumina ĩcolerẽt / Sm eorum q plus aliqd audebãt et ĩ ipis m. radicibꝫ habitabant / T eorum q oĩ ſemoto metu ĩpatẽtes campos exire.

Plato poſt diluuiũ tria hoĩum genera fuiſſe putauit. Primũ
ſĩplex et agreſte:eorũ q aquas formidarent:& mõtiũ cacumi
na ĩcolerẽt. ſecũdũ eorũ q plus aliqd audebant:et in ĩpis mõ
tium radicibꝰhabitabãt.Tertiũ eorũ qui omni ſemoto metu
ĩpatẽtes cãpos exire:et has differẽtias ab hõero traditas dixit
q ꝓ primo exẽplo Cyclopeas poſuit fructibus Spõte naſcen
tibus utẽtes:et mõtiũ cacumina in ſpelũcis habitantes. In ſe
cundo Dardanum qui Dardaniam ędificauit antequã Ilium
conderetur. In tertio Ilum quem Ilii conditorem tradunt :
Vnde par ẽ eum in medio campo ſepultum eſſe : quoniam
prior auſus eſt in Campis habitare. poſſent et plura hominũ
genera inueniri eorum qui uel in littore maris uel in ĩſulis ha
bitarẽt. Sed nec oĩo auſus ẽ ilus q nõ ad mare ubi nouũ fuit

ilium: Sed superius triginta fere stadiis ad orientem Idam & Dardaniã uersus urbẽ cõdidit. post dardaniã cebrinia occurrebat magna ex parte campestris q̃ quodammodo pariter cum Dardania progrediebatur: & in ea urbs Cebrina Demetri⁄ usque huc. Ilii agrum hectori subditum pertendere arbitratus ẽ progredientẽ a nauali usq; in cebrinam ibiq; alexãdri: & oneones sepulchrum ostendi: quã dicunt alexandri uxorẽ fuisse priusquam helenam raperet. Cebriniam uero scepsim usq; procedere: & eorum confinium esse Scamandrum. Cebrinos cu scepsiis sp ĩimicitias exercuisse donec Anthigonus eos in anthigoniam transtulit: quae postea Alexandria dicta est: & cebrinios cum aliis Alexãdrię remansisse: scepsios lysimacho permittẽte domũ rediisse. Sed quoniam iliensia iam attingimus quę toto orbe decãtata sunt: monstrãdũ ẽ: quo in loco fuerit Ilium: pro quo gręci decertauere: & de quo scripta est: Ilias homeri dictum est Idę montem hellespõto ĩminere. In quo multę cõualles existũt: & multi colles ab eo deriuãt: nec pauci ãnes descẽdũt: ex eo duo flexus: tãq̃ duo cubiti ad mare decurrunt: alter Rhitium: alter Sigeum uersus atq; dimidiati circuli lineam efficiunt: duodecimq; fere stadiis ĩ planitie ꝓcul a mari desinunt. Duplex Ilium antiqui cõmemorant. Alterũ ĩferius intra dictorum flexuum finem. Alterũ superius intra initium. Interius Symoisius campus cõphendat̃. p quẽ Symois ibat: & scamandrius per quem Scamander: atq; huc proprie Troianum campũ appellauere: & homerus maximã certaminũ partem hoc in loco factã ostẽdit. nam et latior ẽ: & loca hic celebrata fuerũt: & flumina Symois: & scamãder: Quorum alterum Sygeo: alterum Rhytio proximũ in cõspectu inferioris Ilii concurrunt: postea Sygeum uersus delata lacũ efficiunt: qui os dicitur: utrosq; campos. Alterũ ab altero ingens quidam collis dictorũ flexuum in rectum dirimit: qui ab inferiori Ilio ĩcipiẽs: & ei cõiũctus usq; in cebrinã tẽdit. Sup quo alterũ iliũ fuit q̃d supius appellauim⁹: distãs ab ĩferiori stadiis xxx. Ulterius .x. stadiis caliconã tumulũ quẽdã fuisse tradit: iuxta quẽ ad stadia quinq; symois labebat̃. calicõia uero stadiis

Ilias Homeri dictũ ẽ ide mõte helespõto ĩminere. / de quo in diximus

lacus qui os dicitur

quadraginta ab inferiori ilio distabat: erat & Tymbra campus Ilio superiori proxim9: & Tymbręus fluuius: qui per eũ ad apollinis Tymbręi templum fluebat in Scamandrum. Superius Ilium quadraginta duobus stadiis a mari aberat. Inferius hoc antea duodecim. hoc antea uicus fuit: qui palladis tẽplum habuit quod Alexander ex uictoria apud granicum habita rediens magnificis donis exornauit: & arbitratus illic Priami sedem fuisse uicum appellari urbem iussit: & ut ędificii repararetur curatoribus mandauit ac liberam & immunẽ censuit: subactisque persis facturum se maiora pmisit. Erat enim homeri studiosus & propter ęaciclarum cognationem qui Molossis ĩperarunt apud quos regnauit Andromache Hectoris uxor erga Ilienses magnopere affectus: post ci9obitum Lysimachus urbis cura suscepta delubrum construxit: et murum ad stadia quadraginta circunduxit: ac uicinas et antiquas urbes in eam habitatum deduxit: quę iam erant labefactatę. Sed cũ Romani Asiam ingressi magnum Anthiochũ eiecerunt: collapsa erant Lysimachi moenia. Extabat tamen uicus urbis amplitudinem habens. Demetrius sceptius refert: cum adolescens in eam urbem peregrinaretur adeo neglectam uidisse: ut coctilibus tectis careret. Agesianarũ scribit gallos ex europa transgressos tutelę gratia in urbem ascẽdisse: sed eam sine moenib9 repertam ilico reliquisse: postea multum reparata fuit: et deinde a Romanis qui cum fimbria erant labefactata. Fimbria quęstor cum ualerio flacco consule aduersus Mythridatem missus orta seditione cõsulem ĩ Bithynia occidit et exercitu potitus Ilium uenit: unde cũ tanquam latro excluderetur: admoto ad urbem exercitu: undecimo die eam cępit. Sed glorianti ꝙ tam cito urbem cępisset: q̃uis anno deciõ cũ mille nauibus ex tota gręcia cęperat. Agamemnon respondit quidam ex iliensibus. Nõ enim Hector aderat qui pro ciuitate pugnaret. Sylla uero cum Fimbriam substulisset Mythridatemq̧ donum cũ q̃busdã cõditiõibus remisisset. Ilienses multis beneficiis solatus est. deĩde iulius cęsar maximã de his curã suscepit alexandrũ ęmulat9: c9 erat

fl. tib.
fl. Scam.
ꝟ Sedem priami
Andromache Hectoris uxor
ꝙ uis ãno decimo cũ mille nauibꝫ ex tota grecia ceperat

Amantissimus: & certissima cum Iliensibus signa cognationis habebat tanquam Roman⁹. Romani enim auctorem generis sui ęneam putauerunt. Iulius ab iulo quodam uiro ex progenitoribus: & ille ab Iulo cognomine hoc habuit: qui unus fuit ex posteris aeneę quem Virgilius filium fuisse testatur. Regionem itaq; eis tribuit libertate & immunitate seruata: in quibus diu permansere. Sed hoc non fuit Ilium homericum: quod gręci euerterunt. Illud enim quadragīta duob⁹ stadiis ut āte diximus a mari distabat: hoc duodecim cū Alexādri iussu reparatum est: & Campus ante urbem fluminis aggestio erat: quem Troiani tempore belli multo minorē esse oportuit: nec poterant tā breui spacio īter urbem & mare Homarica pręlia fieri: neque urbs in hoc loco propter perpetuum iugum circuiri poterat: homerica uero poterat. Multa pręterea ex homero colliguntur: quibus palam fit Hectoreum ilum superius fuisse: cuius Alxandro aut Iulio imperante nullum extabat uestigium. Nam uicinę urbes uastatę: nō tamen prorsus erutę. Exusto Ilio lapides inde ad instaurāda sua moenia trāstulerunt: ita nunc & rebus in humanis spem ponito: aut te diu mansurum credito: quando ilium ingens & totius Asię columen adeo extinctum est: ut neque cadauer inueniatur: & dubium sit quo in loco tanta gloria fuerit. Sūt qui pu āt reliquias Iliensium uoluisse: super ruinis antiquę urbis nouum Ilium ędificare: existimātes locum eum in quo prius fuerat inauspicatum: esse & calamitatibus obnoxium: uel quod agamēnon antiqua cōsuetudine eum fuerit exrceatus. & sunt qui urbem hanc multa loca mutasse tradunt. postremo iuxta mare in loco quem designauim⁹ ex oraculo cōstitisse. Neque ab initio urbs fuit: sed multis ānis uici formā habuit: & paulatim ut diximus creuit. Hellanicus uolens Iliēsibus gratificari concessit nouam & antiquam urbem eandē fuisse qua deleta: qui Sigeum & Rhitium habitabant regionem inter sese diuiserunt: ea autem restituta omnia reddiderunt. Sed hic non satisfacit his quae ab Homero sumpta cōtrarium suadeē: uicum postea in eo loco ędificatum dicunt.

In quo uetus ilium fuit & Troianorum regia ex qua originē cuncti se ducere iactitant: qui nobilissimi uideri uolunt: nam & franci & angli: & alii complures hinc maiores suos uenisse tradūt. Sed Romanorum genus ab Ilio profectum multi auctores prodidere: quibus fides habenda est. Supra Iliū idā esse diximus: quam multi fontem appellauerunt: propter flu minum multitudinem ex ea cadentium: presertim ubi darda nica regio ei subiacet usque scepsim & Iliensia Demetri9 col lem quendam Idee esse dixit: nomine Cotillū ultra scepsim ad cētum & uiginti stadia. Exquo Scamander & granicus: & Esapus flumina. Sed hi ad septentrionem & propontidem tendunt manantes e pluribus fontibus. Scamander ad occa sum ex uno fonte cursus Esapi quingentis fere stadiis termi natur. In Scamandrum Adirus influit ex quadam Carisyne montana regione compluribus uicis habitata: & optime cul ta: que Dardanie adiacebat: usque ad loca Zelie: & pithyae fi nitima: eā regionē a Careso flumine dictam putant. His ī lo cis & Rhesum fluuium posuere: qui postea Rhoites dictus est: & in Granicum influit: Septemuadus ab Homero uoca tus: quia septies pertransitur in locis pulchre Pinui finitimis digna fuit arbor que nomen haberet Athalus qui primo re gnauit in Athalica gente ambitum eius fuisse pedum uiginti quatuor scripsit: altitudinem a radice sexaginta et septem po stea in tria scissam equaliter inter se distantia: et iterū in unū apicem cohiberi: totam eius altitudinem duorum iugerum et quindecim cubitorum spatio contineri: Distantē ab Adra mytio stadiis centum et octuaginta septentrionem uersus. Nunc nulla est: habēt & arbores suam mortem: aut percusse cadūnt: aut suo tēpore arescunt. Nihil ē in terra nō mortale. Caresus a malunte fluit: q locus inter Palescepsim iacuit: & Acheium ulterioris Tenediorum agri. immittit autem ī Esa pum Rhodi9 qui fluit in Enium a Cleādria: & gordo descen dit: q̄ loca sexagīta stadiis a pulchra Pinu distabāt ī esapi cō ualle quae a sinistra cursus eius est. Poliena locus munitissi mus fuit: deinde palescepsis: mox halyzoniū: qđ amazonū

fabulis applcatum eſt. Poſtea creſus urbs deſerta:& Careſina
regio:& Amnem ab eo dictum quod uallem ingentem efficit:
minorem tamen ea quę Eſapi eſt. Deinceps Zelię ſecuntur cā
pi:& loca collibus plena:& olim optime culta. In Eſapi dextra
Argētarię fuerūt apud nouum uicum Polienę & paleſcępbi op
poſitę. Paleſcepbis ab eſapo ſtadiis triginta diſtabat: ab urbe
ęnea quinquaginta. Sed ad oram maritimam reuertamur. Poſt
Sigeū promontorium Achilęum ſequebatur:& Acbeium & re
gio Tenediorum:atque ipſa tenedos inſula diſtans a continen
ti ſtadiis quadraginta. In qua priuſquam in agrum Troianum
gręci deſcenderēt:ſtationem babuerunt & Agamem non epbi
geniam īmolare nō dubitauit. Vincebat patris affectū regnādi
cupiditas:& quod credenti Habrae ad iuſticiam reputatum eſt:
buic ad iniquitatem ceſſit. Ambitus buius inſulę ſtadia octua
ginta continebatur. Vrbs ęolica in ea fuit & port⁹ duos babuit
& Apollinis Smyntbei delubrum. Duę īſulę circunſtabant:Ca
lydnę olim appellatę:& alię quędam ignotę. Tenedum Alii ca
lydnam uocauerunt: alii leucopbryn ideſt cādidum ſuperciliū.
Virgilius opulentam fuiſſe ſub priamo īſulam dicit. Diodor⁹
ait Tennum Cycui filium colonię leſbię quę erat in Troade im
peraſſe:deinde relicta patria congregatis colonis in inſulam de-
ſertam nomine leucropbryn nauigaſſe: diſtributiſque inſulae
agris inter eos qui ſecum erant urbem condidiſſe atque īſulam
nomine uocauit. Tenedon uocauiſſe & cū multa bominib⁹ be-
neficia contuliſſet poſt obitum inter deos zelatum. nonnulli fe
runt:Cyenum patrem uxoris calumnia inductum Temnum fi
lium ī arca poſitum in mare deieciſſe: qui mirabili deorum ope
ſeruatus tempeſtate in Tenedum appulerit:atque inſulę impera
uit:& propter Tibicenis cuiuſdam teſtimonium qui nouercę fa
uerat inſidiis lege ſanxerit:nequis Tibicē templum ingrederet̄.
Belli Troiani tempore cum Acbilles poſt gręcorum in Tenedū
aſcenſionem:urbem Temnum deleuiſſet. ſtatuerunt poſtea Te
nedi:ut in tēplo qđ nouit ędificarūt: nēo acbillē noīaret. In bac
īſula nobiliſſimū poſtea caſtellū fuit ꝓpt̄ qđ ueneti & Genuē-
ſes multis īter ſe p̄liis cōtenderūt. Poſtremo ea lege pax facta ē

ut castellum deleretur communi cõsensu apud sabaudię comitem qui pacis arbiter electus erat: depositum acheio continua erat larissa: & colonę pri⁹ chrysa in loco excelso: & portioso: & amaxitus lecto subiacens promontorio. Nec procul ab Acheio in mediterranea constituta est Alexandria: in quã plurium oppidorum ĩcolę migrauere: sicut ex larissa chrysa amaxito cebrina & Neãdria & aliis compluribus. Locus in quo Alexandria cõdita est: Prius Sygea uocabatur. Lysimachus Alexandriam curauit: quę iã ab Antigono habitata erat et Anthigonia appellata. Lysimachus nomen mutauit. Piũ. n. uisum est alexãdri successoribus ut prius de nomine illius urbes conderẽt: postea de suo multo iustioribus: quã hi qui alienis operibus sua imponũt nomina: nec uerentur: deletis ueri auctoris signis sua uel pingere uel sculpere. Alexandria diu permansit & aucta est ex romanorum colonia accepit: & inter claras nomen habuit. In urbe chrysa prius q̃ rueret Apollinis Smynthei delubrum fuit: & signum quod nominis ueritatẽ seruaret. Nam mus quidam pedi statuę subiacebat. Statuã scopa pan⁹ fecerat. ferũt theucris e cręta ꝓfectis oraculum fuisse datum: ut ibi sedes ponerent: ubi turrigenę eos adorirentur. Idcirco amaxitum & chrysam contigisse: maximamque agrestiũ murum multitudinem noctu exortã quicquid armorum & utensilium ex corio inuenissent corrosisse: Theucros ibi mansisse: atque idam ab ida: quę in cręta erat appellasse aiunt: & mures ibi circa templum abundasse quos uana gentilitas sacros existimauit. Simulacrum uero ita constructũ fuisse: ut mnrem pedibus p̃meret: alii Theucrũ quẽdam ꝓdidere ab urbe Troum: quę postea oxipetheon nominata est: ex attica profectum. Teucros uero nullos ex cręta uenisse: signumq; coniunctionis Troum cum atthicis ducunt qđ apud utrosq; herictonius quidam generis auctor p̃dicatur. Multi hodie quideri docti uolunt Turcos appellant Theucros quos Scytharum genus esse: haud ambiguum est: quemadmodũ postea dicem⁹ cum de turcis agem⁹. Alia chrysa in agro thebano fuit de qua dictum est: & illi magis homerica conueniũt. In agro lecti seorsum est balysius Campus: & tragesci sales qui sponte nascũtur

fert theucris e creta profectis

idam ab ida que ĩ creta erat appellasse aiunt

& e Thesiis uentis cōgelascunt: duodecim deorum aram uerius demonum dixerim9 apud lectum construxit agamēnō. Hęc loca contra Ilium erant ad stadia ducenta uel paulo plura: Sicut ex altera parte Abydensia quāq̄ paulo ante propius Abydus fuit: exquo usque lectum stadia computarūt circiter quadringenta. cum lectum circunflexeris clarissime occurrunt eolum urbes: et Sinus Adramittinus: in quo maximam lelegum partem Homerus collocauit: et duplices Cilicas: hic et Mytelencorum littus fuit: quod uicos aliquod habuit in cōtinenti. Hunc Sinum etiam Ideum nominarunt. Nam iugū a lecto ad idam porrectum primis partibus huiusce Sinus imminet: in quibus leleges siti erant: et urbs eorum Pedasus fluuio Satmoeti iuncta: quę prorsus deserta est. hęc loca dardanio agro & Sceptio continua erant: tanquam alia quędam Dardania humiliora tamē. Neandrini ultra amaxitum erat magis mediterranei: & magis Ilio propinqui quā lectus: nam centum & quinquaginta stadiis ab Ilio distabant. Vltra hos erant Cebrini: & postea Dardanii usque palescepsim atq; scepsim. Alceus Antādrum urbem lelegum esse dixit. Scepsius ad Cilicas traxit. Australe Idę latus terminantes usque ad orā maritimam post lectum Polymedium sequebat̄: in quo primus erat lucus supra mare: octuaginta stadiis peractis gargara reperiebantur. In promontorio quod sinum efficit Adramyttinum uocatum: nam tota ora a lecto usque canas quod est alterum promontorium: hoc eodem nomine appellabat̄. In quo & Elaiticus comprehēdebatur: Sed proprie Adramittinum dicebant: qui a promontorio in quo Gargara fuerunt claudebatur: & ab altero quod Pyrram uocabāt: i quo aprodisium situm fuit: oris latitudo a promontorio in promontorium centum & uiginti stadiorum interius Antandros tacuit: cui mons imminebat Alexandria uocatus. Vbi deas a paride iudicatas dicunt: quarum quę Spretę fuerunt Troianum incendium parauerint. Indigna res quae diuinitati attribuat̄. Proximus aspaneus erat loc9 ubi materies Idę cedebat̄ hic enim eam aptabant. Postea per flumen deducebāt. deide

ὅ deas a paride iudicatas fuert

uicus Aſtyra & luc9 Aſtyemę Dianę ſacer:in proximo Adramitium Athenienſium colonia:quę portum habuit: & nauale extra Sinum & promontorium: Pyram urbs Ciſtena cum portu fuit:quę deſtructa eſt: & ultra eam ĩ mediterranea eriſuena & multa habitatio. In ſequenti Mytileneorum ora Coriphãittis locus: & Heraclia & Haactea & Nameus & Pythana uſque ad Caici fluminis hoſtia :quae loca ad Elaiticum Sinum pertinebant : & ultra flumen Malia & reliquus Sinus uſque Canas. Sed in his locis paululum immorandum eſt: propter ea quę propriam hiſtoriam habent. Paleſcepſis ultra Cebrinam fuit ad excelſiorem Idę partem prope polienam : ea olim Scepſis uocabatur: quę cum eſſet in loco circunſpecto a Scamãdrio Hectoris & Aſcanio ęneę filiis ad ſexaginta ſtadia inferius traducta eſt:quorum genus multo tempore in ea imperauit:poſtea in paucorum principatum ciuitas declinauit. Deinde cum Myleſiis popularem ſtatum accepit: & nihilominus qui ex eo genere erant reges dicebantur: & honores quoſdam habebant ſucceſſu temporis. Antigon9 Scepſios Alexandriam deduxit:qui deinde lyſimacho permittẽte domum rediere. Scepſius ęneę regiam Scepſim fuiſſe putat:quę media erat inter regionem illi ſubditam & Lyrneſſũ: in quam ab Achille agitatus fugiſſe dicitur. Homerus ſicut Straboni placet ęneam imperii ſucceſſorem apud Troiam ſignificat remanſiſſe:ac Troię imperium. Extincto Priamidarum genere natis natorum tradidiſſe: Alii (quę uulgatior fama eſt) fatentur eum propterea ꝙ priamo eſſet infenſus bello ſuperfuiſſe ſicut Anthenoriadas:qui propter hoſpitalitatem cum menelao habitam euaſerunt: & cum Enetis primo ĩ Traciam:deinde in Adriam peruenerunt: quę ab eis Enetia dicta eſt. Nunc addita littera uenetia nominatnr. Aeneam cum patre Anchiſę. & aſcanio filio multis comitãtibus enauigaſſe: quem plerique circa macedoniam & Olympum habitaſſe dicunt : nonnulli circa mantineam Capuas in Archadia condidiſſe. Alii quibus accedit Virgilius in Siliciam profectum cum Helimno Troiano Hericem & Lylibeum occupaſſe:

nota de Enea

Traciam ... Adriam Eneti ab Enea Enetia dicta e ... addita lra Venetia noiat

tradunt: & fluuios circa egeſtum appellaſſe Scamandrum et Simeõtem. Poſtremo in latum traieciſſe ibique permãſiſſe: iubente oraculo ut ibi maneret ubi menſas ederet. Quod in agro lauinio completum eſt: ubi panis ingens pro menſa per imprudentiam appoſitus cum carnibus quę ſuper eo erant aſſumptus eſt. E Scepſi fuerunt Philoſophi Socratici: Eraſtus et Coriſtus et Ereus Coriſti filius: qui Ariſtotelem et Theophraſtũ audiuit: et ſucceſſor fuit Byblotecę Theophraſti in qua erat Ariſtotelica. nam Ariſtoteles & biblyotecam & ſcolam Theophraſto reliquit: & primus fuit (ut Strabo arbitratur) qui libros congregauit: & Aegypti reges Biblyothecę ordinem docuit: incertum plus boni an mali rebus humanis attulerit: quando componendi libros nullus eſt finis: & multorum ingenia deprauata ſunt: quę in peruerſa dogmata inciderunt: ob quam rem conſulte agunt: qui damnata uolumina exurunt: neque paſſim omnibus ſcribendi facultatem permittunt: ut ẽ illud Perſianum. Scribimus indocti doctique poemata paſſim. Sed hodie tanta eſt doctorum Turba: ut nemo fere indoctus reperiatur. Ex his qui aliquid ſcribunt: qui non doctoris nomen titulumque receperit. Theophraſt⁹ Biblyotecam Neleo tradidit. Neleus eam Scepſim detulit ad homines imperitos: qui libros incluſos: ac neglıgẽtes compoſitos tenebant. Cumque Athalicorum regum ſub quib⁹ erant ſtudium ſentirent ad inſtruendam pergami Biblyothecam eos in foſſa quadam ſub terra occuluerunt: & demum Tineis & humiditate labefactatos: qui ex eo genere erant: Apeliconi Teio tradiderunt: magno emptos argento Ariſtotelicos ſcilicet atque Theophraſticos. Apelicon qui magis librorum eſſet ſtudioſus quã ſapiẽtię: quales multos ętate noſtra cognouimus: uolens corroſiones emendare: eos tranſcribendos dedit: ſcriptura non recte ſuppleta: libroſque edidit erroribus⁹ plenos. Cõtinuo poſt Apeliconis obitum: Sylla qui Athenas cepit ablata Illius Biblyoteca: eam Romam trãſtulit: quo in loco Tyrannion grammaticus: cũ Ariſtotelis amantiſſimus

E ſcepſi fuer^t phi Socratici
Eraſtus
Ereus Coriſti filius q Ariſtotilem
& theophraſtũ audiuit & ſucceſſor
fuit bibliothece ꝺl copoſitor ... erat
Ariſtotelica
Ariſtoteles & bibliothecã & ſcolam
Teophraſtro reliqt & p fuit q libros
congregauit & Aegypti reges bibliothece ordine docuit.

esset conciliato sibi Biblyotecę pręfecto : & librarii quidam
scriptoribus utentes non bonis: nec scripta cōferentes opera
minus emendata ediderunt: q̧ si gręca exēplaria corrupta fue
runt:quid de his putandum est:quę in latinum conuersa sūt.
Illa pręsertim priora:quę qui legunt: non tam quod dicatur
q̄ qd' dici uelit noscе laborāt. Quippe si reuiuisceret aristote
les:multa sua esse negaret:quę nos illi attribuimus. Sed me-
lius cum eo actum est:q cum aliis: quorum opera fundit9 pe
riere: & ipse causa extitit:cur multa perirent:qui aliorum glo
riam ad se traxit. Ruet etiā ipse q̄uis magn9.neque enī uerū ē
quod sibi aliqui persuadent litterarum munimenta nō inte-
rire:omnia occidunt:nec litteris sua mors negata est:quāuis
alię aliis plus uiuant. Aetas cuncta aufert:nec omnis opus est
quod in tēpore non euanescat. Apud Scepsim ultra eos quos
nominauimus Demetrius grammaticus floruit: qui Troia-
nam extructionem exposuit: & post hunc Metiodor9 qui e
phylosophica uita in ciuilem mutatus est: & propter elegātiā
quāq̄ pauper erat clarum coniugium apud calcedonem obti
nuit: & a Mythridate reddendo iuri prępositus fuit a quo nō
erat prouocatio. Sed legatus ad Tygrānem miss9 cum desci
uisset inuitus remissus est. Mythridati iam e paterno regno
fugienti: & in itinere siue regis opera siue morbo decessit: sen
sitque phylosophicam uitam imprudenter se reliquisse : qui
si neq; honores:neque opes accumulat:at saltem periculis &
molestis q̄ pluribus caret. Post scepsim andira fuerunt: circa
quę lapis quidam inueniebat̄:qui cōbustus ferrum fiebat: de
inde cum terra quadam in fornace decoctus Pseudargirum
idest mentitum argentum esudabat:quę terra si es accepisset
in auricalcū uertebat̄. In his locis leleges habitarūt:qui & pio
nias & gargarensem agrū & assensem occuparunt. Assus &
arte & natura munita ciuitas fuit:quę a mari & portu longū
& rectum assensum habuit:ex quo stratonici dictū est : qui
celeri passu assum it :mortis periculum adit .huic fuit clean-
tes phylosophus stoicus q Zenonis ciciēsis scholę successit:

quam postea Chrysippo Solensi reliquit. Hermias Eunuch9 Trapezitę cuiusdam famulus Athenas profectus Platonem Aristotelēq3 audiuit: & domum reuersus cum domino suo Atarnenses: & assenses aggressus eos subegit: & illis simul cum domino imperauit: quo mortuo solus dominium adeptus: Aristotelem et Zenocratem ad se accersitos diligenter curauit. Aristoteli etiam fratris filiam uxorem dedit. Sed nō illi ut Tyrannidē inuaderet phylosophi suaserunt: nec rursus ut retineret pręstare potuerunt. Memnō Rhodius simulata cum Eunucho amicitia: eum ad se uocatum comprehendit: & ad regem persarum misit: ibique uitam suspēdio termina uit. Phylosophi fugientes loca a Persis occupata incolumes euasere. Assum aliqui dicunt a Metimneis conditam: aliqui ęolicam fuisse uolunt: ipsi uero Assii Gargara & lamponia condiderunt: quę cum non bene habitarentur reges ex Myletos incolas eo deduxerunt: & pro ęolib9 semi barbaros effecere. Leleges hęc loca sub priamo tenebāt: & īter eos mixti erāt qui sub ęnea fuere. Cilices quoque cum his habitabant: & cares aliqui: Sed ab Achille uastati leleges ī Cariam migrauere. Quo & cares Cilicesq3 Taurū transiuere oram: quę post leleges sequitur. Adramitini habuerunt: & Atarnenses & Pythanei usque ad Caici fluminis hostia: nō procul ab Adramatio Apollinis Cilei templum fuit: & Cilli monumētum. Ingens quidam tumulus hunc pelopis aurigam & ducem locorum dicunt: a quo forsan Cilicia dicta est. Adramitium in bello Mythridatico calamitate maxima oppressum fuit: culpa diodori qui ciuium consilium deleuit: cum rege cuperet gratificari: & se principem Achademicorum phylosophorū ostendere. Rege autē euerso pęnas dedit: qui de multis criminib9 accusatus infamiam non ferens turpiter & obstinate periit. Sępe enim eorum ignominiosus est finis: qui nimium glorię cupidi sunt. Ex adramitio fuit Zenodes orator Clarus Asiatici stili qui in senatu pro Asia dixit: quo tempore Mythridatice factionis est accusatus: dehinc Atarneus fuit Hermię tyranni sedes: postea Pythana urbs ęolica: quae portus duos

habuit: & fluuium enocenum: qui eam prçterfluebat: exquo aquçductus Adramytinus factus est .e Pythana Archesilaus Achademicus fuit: qui cum Zenone apud Polemonem didicit. Fama est apud Pythanam lateres inuentos esse: qui super aquas inatarent: quod de aliis locis traditum est. Post Pythanam Caicus amnis ad stadia triginta in Sinum Elaiticū emittit: qui pergamenum agrum irrigat. Eleapolis duodecim Stadiis ultra Caicum ad meridiem fuit. Eolica ciuitas & pergamenorum portus cētum & uiginti stadiis a pergamo distās: deinde ad stadia centum est cana promontorium quod contra lectum consurgens Adramitium efficit sinum: cuius pars est Elaiticus Canç loceorum oppidulum fuit: ad australiora Lesbii extrema situm in agro Caneo: qui usq; ad Arginusas protendit: & ulterius promōtorium quod çgam nominarūt: eodem modo quo animal. Sic enim totum montem appellabant: quem postea canam & Canas uocauere. Circa mōtem Austrum & occasum uersus mare procumbit ad orientē Caici Camp⁹: ad aquilonem Elaiticus ager mons satis per se cōtractus est: uergi tamen ad Aegeum pelagus unde ei nomē est. Postea id promontorium (ut Sappho dicit) Aega est appellatum. reliquum uero cana: & Canç urbs: deinceps çlea sequitur: quç portum habuit: & nauale regum athalicorū Amestçi opus & atheniēsium: qui cum eo apud Ilium militarūt: distans a Grinio Myrmeorū oppido Stadiis septuaginta: hçc Elaitico Sinui nomen dedisse uidetur. In Grinio appollinis fanum & peruetustum oraculum: & templum candido lapide sūptuosum plebes admirabant: deinde Achiuorū portus extitit: in quo duodecim deorū arç constitutç fuerūt certissima dçmonū Theatra. In ultimo uero Sinus recessu ad sexagīta ferme stadia myrma fuit Aeolica ciuitas quç portum habuit: & ab una ex Amazonibus nomen accepisse credita ē. In orç Sinus hydra promontorium fuit: quod Armatūti aduersum Elaiticum sinum efficit: oris latitudinem septuaginta fere stadia complexam dicunt: post lydram adç fuerunt ad stadia quadraginta: deinceps cuma çolicarum urbium maxima

& optima & omnium fere metropolis: quas numero trigĩta fuisse tradunt: Quarum maxima pars corruit. Cumanos ĩsulsos & bebetes bomines putauere: qui post trecentos ãnos ab urbe condita portoria exegerunt: tam diu prouẽtum eiusmodi non cognouere. Ferunt etiam publica pecunia mutuo recepta porticum construxisse: cumq; die constituta pecuniã nõ reddidissent a deambulatõne fuisse probibitos: creditores uero cũ plueret edictũ misisse: ut cumani porticum subirent: ex quo prouerbium factum est: Cumanos non sentire porticum in pluuia subeundum esse nisi pręco ammoneret. Ex cuma uir sine controuersia Clarus Ephorus fuit: Isocrati oratori familiaris: & bistorię conscriptor: & ante ipsum Aesiodus poeta qui patrem suum relicta ęolica Cuma in Boetiam migrasse dicit. Homerum binc fuisse nõ satis cõstat. multi enĩ de eo disceptant. Quod si cumanus fuit bomerus: nõ est cur miremur conciues eius obtusiores ingenii fuisse. Nam qcquid in urbe diuinum erat: id secum bomerus abstulit. Cum ęolicis urbibus ęge fuerunt & tẽnus: unde Hermagoras fuit is qui de dicendi arte conscripsit. Hę urbes secus montanam regionem iacuere: Quę cumano & Phocensi & Smyrneo imminet agro iuxta quã Hermus labitur. Post Cumam larissa fuit: quã pelasgi coluere. Larissas tres ĩ Asia reperim⁹. Primã apud Amaxitum de qua dictum est. Alteram apud cumam Tertiam apud Caistrum: Quartã in Tbeasalia: unde larisse⁹ Acbilles appellatus. Inuenimus lelegum populos & Cilicum & pelasgorum & Cenorum multis in locis permixtos fuisse: Sed intra Caicum quem Troadis terminum esse dixim⁹. P⁹ Caicum pelasgi per sese usque ad bermum babitauere: prius q̃ ęoles aduentarent. Leleges sub alceo fuerunt. Cetii sub Euripillo. Pelasgi sub byppotboo & pileo. cilices alios duces babuere. Qđ aũt pelasgi magna natio eẽt Menecrates auctor ẽ: qui totam oram quę postea Ionica dicta est: facto a Micale initio prius a pelasgis babitatam fuisse tradit: & propinquas

Homerus hic fuisse nõ satis cõstat / multi enĩ de eo disceptãt q. si cumanus fuit homerus / nã qcqd ĩ urbe diuinũ erat / id secum homerus abstulit

Larissas tres ĩ asia reperim⁹ p̃ apd amaxitũ altrã apd cumã tertiã apd caistrũ / quartã ĩ thesalia unde larisse⁹ achilles appellatus

insulas. Lesbii quoque se sub pileo positos affirmabāt: quē Homer9 Pelasgorum ducem appellauit. Chii suos auctores Pelasgos ex Thesalia profectos putauere: Quae gens errabunda & ad transmigrandum facilis: ut multum creuit ita pariter tota extincta est: eo maxime tempore: quo ęoles Ionesque in Asiam traiecere. Larissa Amaxito proxima ducentis fere stadiis ab Ilio distabat: non ergo ei conueniunt ea q̄ de Hyppothoo dicuntur: quoniam procul a larissa cecidisse Homerus tradit: dum pro patroclo pugnatur. Sed ab ea quae Cumę proxima est: nam Mille stadia intersunt. Caistrianam uero seu Ephesiam larissam non satis constat: an Troiani belli tēpore condita fuerit de Cumana certum putant. Tradunt enim eos qui Phrycio locrensi monte ultra Termoplas erāt: inde profectos in eum locum uenisse: ubi postea Cuma condita est. Cumque pelasgos inuenissent Troiano bello labefactatos: adhuc tamen larissam obtinētes septuaginta stadiis a Cuma distantem condidisse apud illos locum: qui nouus murus appellatus est: triginta stadiis a Larissa: atque inde ꝓfectos cumam condidisse: & homines qui superfuerant ei habitatum deduxisse. Cumam uero a locrensi monte Phrytionida appellasse: eodē modo & larissam: quę ꝑostea omnino deserta est hactenus ęolis protenditur. Deinceps Phocea ē: et Hermus non ignobilis amnis & Ionię initium uerum: quia Troadi a lecto promontorio usque ad Cumas Lesbos insula opponitur: quę ab ip̄a ęolica fuit: & ad Troadem pertinuit. de hac dicendum est prius quam Ioniam attingamus.

l Esbes olim non solum ęolica: sed ęalicarum urbium altera metropolis fuit & uniuersę Troadis imperium obtinuit. ambitus eius stadiorum centum supra mille a Borea in Austrum protensa: quingenta & sexagīta stadium longitudinis habens feraci agro: & multa materia ad classes conficiendas idonea. Tantum a Chio lemnoque distans quantum a Tenedo ītra quinquaginta fere stadia. Vrbes in ea fue

ere memoratu dignę. Mytbilene quę adhuc extat & ab ea nūc insula uocatur: & Pyrrba in occidentali latere sita: quę ab antiquo subuersa est relicto suburbano quod babitaretur. Fuit & Cressus in colle iacens: & Antissa cum portu & Metbymna promontorio lecti opposita. Mytbilene inter Metbimnā iacet & Maliam quod est australissimum extremum insulae Cane oppositum. Hęc urbs rebus omnibus pulcberrime instructa fuit: portusque duos babuit: quorum australis clausus erat: quīquaginta triremium ac nauiū capax. Borealis uero magnus ac profundus aggere protectus: ambobus quędā parua insula obiecta fuit: partem urbis babēs ibi babitatam. Distat a malia stadiis septuaginta: a Cana centū ac uiginti: totidem ab Arginusis: quę tres insulę sunt paruę cōtinenti proximę: & Canę adiacētes. Inter Mytbilenem: & Metbīnā ubi uicus ęgyius fuit angustissima Insula est: traiectum babens ī Pyrreum Euripum passuum duorum millium & quingentorū. Ex Mytbilene fuit Pittacus unus ex septem sapiētib⁹: & Alceus poeta & Antbimenedes frater eius: quem Babyloniorum socium Alceus dicit magnum certamē pergisse: atq; eos e maximis laboribus eripuisse uiro pugnacissimo: & ut inquit regum luctatore interempto. cū bis & Sappbo claruit admirāda mulier & poetice partissima: cui post tot sęcula nō est reperta quę posset ęquari. Diopbanes orator multo tempore posterior fuit & potamon & lesbocles: & cbrinagoras & Tbeopbanes rerum scriptor: q pompeio magno admodū familiaris fuit. nā et res eius gestas posteritati commendauit: & gręcorum omniū clarissimum se exbibuit: cuius fili⁹ Marcbus Pompei⁹ Cęsari quoq; augusto Carus fuit: a quo Asię curator cōstitut⁹ ē: & postea īter primos tyberii familiares locū obtinuit. Ex cresso fuere tbeopbrast⁹ & pbanias pbylosopbi peripatetici: et aristoteli familiares. Tbeopbrasti patruis Tyrtimo nomē fuit. arestoteles mutato uocabulo tbeopbrastū uocauit: sil'prior noīs absurditatē euitās: & futurā sil'ei⁹

Aristoteles om discipulos suos oes eloquētes fecit.

h... port... p... la orta

facundiam ſignificans. Ariſtoteles enim diſcipulos ſuos om nes eloquentes fecit. Teophraſtum uero eloquentiſſimum q̄ res admodum eos confundit: qui Ariſtotelis opera omni elo quentia nuda in noſtram linguam conuerterunt. Altera quo que Sappho (ut nonnulli aſſerūt) hinc orta eſt: poetice perita ſed Mythilenēſi minor. Ex methimna ortus ē Arion is: quē herodotus a predonib9 in mari obrutum: & a delphine in co lumen deuectum in portum ad Tenarum fabulatur: quē Cy tharedum fuiſſe conſtat. ex hac īſula & Terpandrum fuiſſe dicunt muſicę artificem: qui primus pro tetracordo lyra epta cordo uſus eſt: ad quē uerſus illi referūtur. Nos tibi mutato cordarum quatuor uſu. Iam noua ps ſeptē modulamur car-mina neruos. Hellanicus quoque rerum ſcriptor & callias: q Alceum & Sapphon expoſuit leſbii fuiſſe perhibentur: My thileneis duriſſima fuere: cū Athenienſibus certa miſ ricor-dia: adeoque Athenienſes in eos ſęuiere: ut ſenatuſconſulto decreuerint omnem Mythilenorū pubem iugulari: pęnituit tamen eos: decretumque mutatę ſen atię una die ante allatū eſt ad imperatores: quā mandata eſſent peracturi: nō tam be nigne cum Capuanis fuluius egit: qui luſce tis reipublice lit-teris: ut ſenatu Capuano ignoſceret: quē ſtatuerat pdere: pri9 ſęuitie ſuę ſatiſfecit q̄ litteras legeret. Tāta illi ſanguinis aui ditas erat. Plurimę apud Mythilenes īteſtinę ſeditōnes fuere: & plures Tyranni ciuitatem oppreſſere: inter quos & pytta-cium numerant. Sed is ad dominatus eruēdos principatu uſ9 eſt: non ad Tyrannidem exercendam: qui ſublatis Tyrannis mox ciues ī priſtinam libertatem reſtituit: oſtenditq; ſapiēti principatum non eſſe appetēdum. Sed neque libertas diutur na ſperanda eſt ciuibus: neque perpetuo metuenda ſeruitus: altera ſuccedit alteri: ſicut montibus ualles. Hanc inſulam ut Diodor9 ait pelaſgi primū habitauere. Xant9. n. Triapi filius pelaſgorū q ex argo uenerāt rex parti lycię īpauit: deīde leſ-bū cultorib9 uacuā petēs agro pelaſgis diſo īſulā: q̄ Iſſa pri9

dicebat: ab eis Pelasgiã uocauit. Septima deinde progenie ob diluuiũ tempore Deucalionis factum cũ insula deserta remã sisset Macbareus in eam peruenit Cyrnaci Ionis filius apud Acaiã natus: eoque Ionas transtulit: et bumanitate: ac iusticia plurimum auctus: & banc & uicinas insulas possedit. Succes su deinde temporis lesbus lapitbi filius in banc insulam naui gans sũpta ĩ uxorem Macbarei filia Metymna nomine apud eum perseuerauit: & claritatem assecutus insulam a se lesbiã nominauit. Fuit et altera Macbareo filia Mytbilene appella ta: quę nomen ciuitati dedit in boc usque tempus permanẽti: e lesbo Coloni in cbium & in Samum & in Rbodum missi feruntur. Eę insulę cum saluberrimum aerem baberent et fru gibus abundarent: loca uero incontinenti opposita propter diluuii bumiditatem pestilentia et frugum sterilitate labora rent. Fortunatę sunt cognominatę. Macbareus legem ualde utilem apud lesbios edidit: quã leonem ab eius animantis uir tute: ac robore appellauit. Res Mytilenenses nunc prospere: nunc aduersę per multas manus actę sunt. Pelasgi ut diximꝰ priores insulam babitauere: cum staret Troia. Postea ęoles successerunt: deinde persarum imperium subiit: postea mace donum: deinde Romanorum: cum Romana res in constan tinopolim translata esset. Sub gręcorũ imperatoribꝰ uaria in sulę fortuna fuit. Postremo cum kalo Iobãnes Cõstantino politanus impator a Catbatacusino per arma pulsus ope Frã cisci Gatelusii genuensis Imperium recuperasset. bęc insula ob gratitudinem auxiliatori tradita est: atque in eius posteris usque in bęc tempora durat. Ab eo qui nunc regnat: cum fra ter natu maior aliquãdiu rem administrasset in uincula cõie ctus est. publicata causa quod insulam Turcis cbristianãq; fi dem prodere statuisset: ut est calamitatis infamia comes ęta te nostra Turcorum classes sępenumero in lesbum delatę bo mines & armenta abegerunt: nibil extra urbiũ moenia relin quẽtes: quarũ unam foeminea manu seruatam tradũt. Oppu gnauerat Turcorũ exercitꝰ ĩsulę oppidũ nõ cõtẽnẽdũ muriq; ptẽ Machĩa deiecerat: & facta clypeatorũ testudine irrũpere

properabat:nec oppidanus animus erat ad ferendũ impetum: Alus deditionem:aliis fugam meditãtibus. Sed affuit uirgo uirilibus armis induta:quę mirabile dictu salutẽ patrię peperit:adhortata enim ciues ne hostem metuerent primam se turcis obiecit :ac pro loci fractura depugnans nõnullos obtruncauit:cuius audaciam admirati oppidani: & ipsi animũ resũpsere. Tantãq; hostium stragem ediderunt:quantam uix credere quispiã possit. Turci e terra pulsi ęgre in nauigia se receperunt:quos calisa Classis insecuta magno detrimento affecit. Laus tamen seruatę insulę penes uirginem fuit:cui⁹ tedet non habere nomen. digna enim erat non minori memoria q̃ Sappho. Sed illi maiora pręmia in cęlesti patria reseruantur. Episcopus Caphensis calisto pontifici maximo nobis prę̃sẽtibus hęc enarrauit:qui tunc trãsitum per Mytilenem fecerat ab ecclesia sua Romam petens atq; in hunc modum tota ęolis:ac Troas absoluta est:quę ĩuicem ut sępe dixim⁹ pmixtę fuerunt. Hęc cum aliunde scribere statuissem⁹:tum federic⁹ Comes urbinas nos impulit litteris clarus & armis:nostrique temporis ductor exercitus. Nam cum e Roma Tybur peteremus obuius in itinere cum parte copiarum suarum dum christianos equites armorum splẽdorem admiraremur: quesiuit ex nobis an priscorum militiã tam splendide armatã fuisse arbitraremur respõdimus:nisi apud ueteres huiusmodi armaturę fuissent:non potuisse uirgilium:atq; Homerũ eas describere:quas & pulcherrimas & ornatissimas cõmemorant .his quibus nostra utitur ętas perquãsimiles. Quęsiuit ulterius Comes quę nobis opinio de rebus Troianis esset: nam ipse eas fuisse minimas censebat. Sed poetarum studio amplificatas diximus minores fuisse:quã fabulę ferant. magnas tamen quando hinc gręcia inde Asia in bellum ruit : & si enim non tota Cherõnesus sub priamo fuit:uniuersa tamẽ ei suppetias misit: & multi etiam qui ultra halim: & ultra Euphratẽ habitabãt: nec regnũ Priami nimium fuit: quod a Rhindaco fluuio meridiem uersus Caicum usque ,ptẽdebat: & ulteri⁹ circa maris littora usque cumam per stadia circiter mille qngẽta in

mediterranea non ſatis explicare poſſumus orientem uerſus quouſque imperium eius excurreret. Nam Troas in mediter raneis Myſie Phrygięque permixta fuit: & Myſorum Phry- gumque duces Priamo ſuberant. Diximus regnũ eius ĩ octo ſiue nouem principatus fuiſſe diuiſum. Ita enim Strabo re- fert. Sed qui fuerunt huiuſmodi principatus: et qui duces nõ ſatis explicat. Videtur tamen Hectorem ęneam Antenorẽ Pandarum Aſium: Eurypilum ac filios Meropis Adraſtum & Amphium ſimulque Hippotoũ & Pyleum inter duces re- ferre: ii fratres erant & Pelaſgis dominabantur: unũque tan tum principatum efficiebant: ſicut & filii Meropis: qui Adra ſtię campos: & Pythiam atque Apeſum poſſidebant. Dar- dã quoq; in duos principatus diuidebat̃ ſub ęnea & Anteno re cõſtituti: Lycii ſub Pandaro: Zelicẽſes et Aphini ſub aſio: Ilienſes ſub hectore: Cetii & lyrneſſa ſub Pyleo. Quodque magna fuerit Priami poteſtas & ad Leſbum inſulam ſe extẽ derit. Achilles ipſe teſtatur: quem ita loquẽtem ĩducit home rus. Ante tu s noramus opes ſpacioſaque regna. Quo foe- lix pari er leſbos complectitur: & quę comprehendit. Phry- gię tellus atque helleſpontus: non igitur contemnenda ſunt: quę de Troianis dicuntur: nec minima exiſtimanda: Quãuis nec Ilium nec Ilienſia bella famã ęquarint.

Onia Aeoli ſuccedit quę ab hermo fluuio et urbe Pho
I cea meridiem uerſus uſque ad Myletiorum & caricorũ montium poſſidium iuxta mare procurrit. Pherecydes My- litum & Miuntem ad hanc oram pertinere dixit: et Cares pri⁹ Mychalenſia: & Epheſia habuiſſe. Oram uero ſequentem le- leges uſque Phoceam: & chium & Samum. Sed utroſque a Ionib⁹ eiectos ad reliquas Carię partes euaſiſſe. Fama ẽ mul tos ex pilis cum Melanco Codri patre Athenas cõceſſiſſe: & totã hãc gẽtem cũ Ionibus in aſiam tranſiuiſſe: ibiq; duode cim urbes cõdidiſſe: q̃ Ionicę colonię appellatę ſunt. Andro- dus Codri Athenienſium regis legitimus filius Epheſum condidit: & Ionium regiam ibi conſtituit: huius poſteri atq;

pſidetes ⁊ purpurea geſtantes regii generis insigne
hodie apd ytaliā et purpurā mercator apd ceteras gētes histrionū gestamē existat

ad tempora Romanorum reges nominabantur: & honores quoſdam habebant. In certaminibus prę ſidentes & purpure am geſtantes:regii generis inſigne: quanuis hodie apud Italiam purpura etiam mercatorum apud cęteras gentes hiſtrionum geſtamē exiſtat. Neleus Myletum condidit:qui genere Pylius fuit:& Aram in poſſideo collocauit. Cidrellus Codri filius nothus meuntem ędificauit. adropompus Lebedū Colophonem Andremon Pyleus Prienē. Epitus Nelei filiꝰ Theum prius Athamas. Quapropter Anacreon Athamantidam eam uocauit: poſtea Naudus Codri filius ſpurius eā auxit: Eritias Gnopus atque is etiam Codri filiꝰ nothꝰ. Phoceam Athenienſes cū Phylogene Calazomenas Paralus Chium egertius mixtam multitudinem ducens:Samū Timbriō ac deinde patrocles. Addita eſt loco terciodecimo Smyrna Epheſiorum opera:nam his olim cohabitabant cum Epheſꝰ Smyrna uocaretur. Smyrna Amazon fuit quae Epheſum tenuit:urbique nomen dedit:Smyrnei a myleſiis ſecedentes exercitum in eum locum duxere:In quo poſtea Smyrna condita ē non procul ab hermo fluuio:cum leleges eum tenerent: quibus eiectis autiquam Smyrnam condidere:diſtantem ab ea:que poſtea ędificata eſt ſtadiis uiginti. Deinde ab ęolibus pulſi Colophonem aufugerunt:& cum Colophonis redeuntes regionem ſuam recuperauere. Sed de his poſteriꝰ dicemꝰ: nunc de principalioribus agendum eſt:Myleto ſcilicet atque Epheſo. hę nāq₃ totiꝰ Ionię optimę urbes clariſſimęq₃ fuerūt: hodie parum habitationis habent:& ruinas magnas oſtēdūt. Nam turci regionis domini: nauticarum rerum ignari: & Pyrrhatas & chriſtianorum arma timentes:ad mediterranea ſe contulerunt gręci tantum: & hi non multum in maritimis urbibus remanſerunt. Diximus ſupra Auſtralem Ionię terminum Myleſiorum Conchorumque montes eſſe: in quibus Poſidium fuit:ab eo ſeptentrionem uerſus iter habenti oraculū fuit Apollini Didimęo ſacrū quod Branchide decem & octo ſtadiis in mediterranea ab eo diſtātes Xerſi ꝓdiderunt:

& cum eo abierunt ne poenas darent: Sed ab Alexandro: ut āte dixim⁹: q̄uis ſero grauiter tamē puniti ſunt. Xerſes tēplū īcendit: ſicut cętera Aſiana Ephesio excepto. Myleſii poſtea id reparare aggreſſi cū & omnium maximum erexiſſent pro pter magnitudinem: cooperire non potuerunt: ut ſępe ſpes humanas deſtituunt uires. hinc ad Myletum breuis admodū uia fuit. Cretenſes Myletū pri⁹ ſupra mare condidere. Sarpedon habitatores ex Myleto Cretenſi deduxit: & urbi nomen ab illo impoſuit: cum prius leleges hūc locum tenerent: Poſtea Neleus urbis locum mutauit: & Iones introduxit. Vrbs quatuor portus habuit: quorum un⁹ claſſis erat capax: multę hinc colonię exiuerunt & maxima pars Euxini ponti ab his habitata eſt: & propontis & Helleſpōtis: & alia multa loca. Ex Myleto fuere uiri memoratu digni: Tales unus e ſeptem ſapientibus: qui primus Phyſologię: ac Mathematicę auctor inter gręcos eſt habitus: & Anaximander eius diſcipulus & Anaximandri: Anaximenes: & Hecatheus qui ſcripſit hiſtoriam: & Eſchines orator: non ille qui cum demoſthene contendit: Sed alter qui aſſumpta nimia erga pompeium magnum licentia pariter in exilium miſſus eſt. Ruit enim omnis audacia: & moderata tantummodo durant. Haec ciuitas cum Alexandrum excluſiſſet ui capta eſt: quemadmodum Alicarnāſus: prius etiā a perſis oppreſſa fuerat. Phrynti⁹ Tragicus cum actum feciſſet: qui Myletum a dario captam oſtēdit: mille dragmis ab Athenienſibus mulctatus eſt. Neque enim ſemper tuto ueritas dicitur: ubi cum Tyrannis: aut plebibus agitur. Ante Myletū in proximo iacuit lada inſula: & alię pleręque ſtationes Pyrraticas habentes. Deinceps latineus occurrit Sinus: in quo heraclia oppidilū fuit: & ibi mons latinus: quem hecatheus eum eſſe putat: qui ab Homero pediculorum appellaṫ: & a Myleſiorū agro p̄ cariā uerſus oriētē tēdit. In eo Endimeonis ſepulchrū ī ſpelūca q̄dā oſtēdebaṫ. Poſt heracliā Pyrrha ſuccedit: cētū fere ſtadiis ab ea remota: a Myleto duplum ſi quis in ſinum ſeſe inferat: nam recta nauigatio ex Myleto Pyrrham ſtadia triginta continet. Adeo

ex myleto fuere viri memoratu digni
physologie ac mathematice auctor
inter Grecos est habitus
Anaximander eius discipulus
Anaximandri Eschines
Anaximenes
Hecatheus
lada insula

lõgũ iter habet littoris : prẹter nauigatio e Pyrrha usque ad Meandri hostia quinquaginta stadia computauerunt:propt̃ stadia & paludes subministratoris. Scaphis ad nauiganti sta dia trigĩta Myus occurrit:una ex duodecim Ionię ciuitatib9 quam propter hominum paucitatem Mylesii habitauere:hãc Themistocli Xerses in obsonium dedit : cum magnesiam in panem lampsacum in uinum dedisset : huic proxima fuit Tymbria uicus:iuxta quem Auernum esse dixere: & sacrum Specu Caroni appellatum pestiferas exhalationis habẽs. Vlterius Magnesia fuit Meãdrum uersus de qua post dicemus. Post Meandri hostia Boream uersus prienensium litt9 fuit: & ipsa Pryene & Mycale mons feris & arboribus plenus:qui Sarmię regioni adiacent: & ad eam quasi octo stadium efficit Ischinum. Vltra Trogilium promõtorium Pryene a quibusdam Cadmę appellata est:quoniam Phylotas eius conditor e Boetia uenit. e Pryene fuit Bias unus e septem sapientibus. ante Trogilium parua insula iacet eodem nomine. Trogilium promontorium pes quidam est :qui a Mycale procurrit: & alius ei mons adiacet : qui Ephesii agri est nomine Pactias ad quem mediterranea deflectit: a Tragilio Samum usque stadia ĩsunt quadraginta. Samus urbs ad Austrium spectauit maxima pars eius in plano fuit : & mari abluebatur. Pars in montem ascendit:ad dextram nauiganti. Vrbẽ uers9 Posidium fuit quod promontorium Mycalẽ uersus septem stadium efficit fretum & neptuni templum habuit:ãte quod Narthecis parua ĩsula iacuit :ad sinistram suburbanum fuit: & imbrasus amnis & hereum uetustissimum sacrarium : & ędes quę pictarum tabularum armarium erat ; & locus sub diuo pulcherrimis statuis plenus:quarũ tria collosica opera Myronis erant super una basi sita: Quae cum Antonius abstulisset: Augustus Cęsar duo in eandem basim reposuit. Palladim & Herculem . Iouem autem transtulit in capitoliũ: & Sacellum ei construxit errore sui temporis imbut9:in quo Idola colebantur: et falsorum deorum statuae. circumnauigationem insulę Sami sexcentorum stadiorum esse dixerũt.

e pryene fuit Bias unus e septẽ sapientib9

Samo insula

ea prius Parthenias dicebatᷓ a Caribus ĩhabitata. postea Anthemus: deide melamphilus: postremo Samus a quodam heroe in cuge ia qui colonos ex Itaca & Caephalenia deduxit Mons q insula corrigit: Ampelus uocatus e. Insula eo uino infoelix cu cęterę circumuicinę uino optimo abundet. In cęteris rebus feracissima ꝓpter quod bellis afflicta est: qui eã laudãt etiã gallinę lac fere dixerũt. multę ei cum Atheniensibus inimicitię fuerũt & plurimas tyrãnides passa est. Polycrates & Syloson fratres cum uaria fortuna eius dominiũ tenuere. Polycrates adeo clarus fuit: ut etiam mari dominaretur. Is annulũ de industria gẽmis & sculptura pręciosum in pelagus ꝓiecit. Paulopost piscator quidam piscem eduxit: qui eum deuorauerat: in cuius uentre annulus est inuentus. Quod cũ rex ęgyptius Amasitis intellexisset finem eius infortunatum dixit: qui talibus prosperitatibus uteretur. Ille a persarum satrapa dolo captus suspensus est Nam quę prosperitas fine clauditur non luctuoso Policratis tempore fuit. Anacreon Lyricus cuius tota poesis eius mentione plena erat mirabilis Et ipsius Anacreonti exitus qui ut est apud plinium acino uuę strangulatus interiit: magnum fragilitatis humanę documentum. Pythagoras philosophus sammatus tyrãnidem policratis fugiẽs urbem deseruit: & in ęgyptum ac babylonem discẽdi studio abscessit: reuersus cumq; durare Tyrannidem inuenisset in Italiã nauigauit: ibiq; uitam contriuit: totamq; illã italię partem erudiuit: quę olim magna grecia dicta est. illud hic non est subticendum: quod hermippus de pythagora tradit ut est apud Iosephũ. Pythagoras uno de contabulatorum suorũ defuncto nomine Calcaphonte genere crotoniate illius animam dicebat secum degere die noctuq; ac precipere ne transiret de loco unde asinus onus portaret: & ab aq̃ feculẽta semetipsum abstineret: & ab omni blasfemia recederet digna uerba q̃ memorię teneant. Syloson priuatus relictus cũ Dario histaspis filio priusq̃ regnaret ueste quã ferebat cupienti largitus esset ab eo regnum consecutus. Samii tyrãnidem obtinuit: qui acerbe imperas urbem hominibus uiduauit. ex quo prouerbium fecerũt. Sylosontis opera locus amplius est: quod

de multis Italię ciuitatibus nostro tempore dici potest. Nam & Pisia in etruria Florentinorum & Sena paucorum ciuium opera facta est ampla: amplior aquileia: atque Rauena apud Adriaticum Sinum amplissima iuxta Tyberim roma non sine culpa suorum ciuium Athenienses misso pericle imperatore: & Sophocle poeta cum eo Samios nō obtēperātes graui obsidiōe affecerunt. Postea duo municipū millia ex suis miserūt qui uastatam urbem incolerent. In his Nicocles fuit: Epycurii pater: Grammaticę magister: quem & hic & in urbe Teo educatum ferunt. Adolescentiam uero Athenis ęgisse: cui Menander Comicus ęquęuus fuit. Creopylum esse Samium tradunt: qui cum aliquando Homerum hospitem accepisset: Creditus est ab eo inscriptionem poematis obtinuisse: quod oecalię captiuitatem uocauere. Sed Callimacus in epygrammate contrarium ostendit opus: scilicet a Creopilo compositum: Homeri tamen existimatum. quidam hunc Homeri magistrum fuisse tradunt: quidam non hunc: sed Aristeum proconesium: quicunque is fuerit multo est a discipulo superatus. Samo adiacet insula Icaria: a qua Icarium pelagus nominatur: ea ab Icaro dedali filio nomen habuit: quem dicunt paternę fugę comitem: cum ambo pennati e creta aufugissent in hoc loco cecidisse. Via non seruata quam pater ostenderat: nam cum Cęlsius se ad solem extolleret liquefacta cera pennę effluxerunt. Fabulosa hęc documentum tamen habent mandata parentum: ne filii contēnant. Insulę ambitum trecentorum stadiorum esse dixerunt: & in ea Dianę templum Tauropolium appellatum: & oppidulum oenoe distat a Samo stadiis octingenta cum defecissent in ea homines Samii pro pascuis usi sunt. Post samium fretum quod Mycalem respicit Panioma fuit tribus stadiis supra mare: ubi Panioma communia omnium Ionium festa Neptuno eliconio celebrabātur: quę quanuis in agro ephesio fierent: Prienenses tamen sacrificiis pręerant. Proxima huic loco Neapolis fuit: quam ephesi pro maratesio agro cum samis permutarunt. Deinde Pygella oppidum ubi Agamennon Munichię Dianę templum edidit: & Pygallos dimisit gentem

Samo īsula.

[illegible] nominat[illegible] ab icaro dedali filio [illegible] dicunt paternę fugę comitē cū ambo [illegible] / volantes / e creta aufugissent [illegible] loco cecidisse

micalea īsula

morbis defatigatam quos natibus agnatos Pygas uocant: un de locus nomen accępit. Ex ni portus fuit nomine Panoi mus & Dianę Ephesię templum memorabile: Deinde ciuitas ipsa de quibus mox dicemus. In eadem ora paulo supra mare ortygia fuit Lucus omnis generis materię pulcherrimus: pręsertim Cyparisso Centrius amnis per eum fluebat. In quo di cunt latonam ex partu lotam: hic enim eam peperisse fabula bantur: & nutricem partus ortygiam fuisse. Aditum in quo pe perit & proximam deam ad quam primo post partum quieue rit ostendentes: & montem luco imminentem nomine Solmis sum: in quo Curetas armorum sonitu Iunonem obtuderint: ex emulatione insidiantem: eoque modo latonę partum eam latuisse: scilicet ea dis cura erat: & adulterinis partubus implere cęlum oporteat urbem Ephesum Cares & leleges habitauere: sed cum maximam eorum partem Androclus eiecisset eam ex his suppleuit: qui ad se circa Atheneum: & hypeleum con uenerant: assumpta pręter montana Coresso proxima: atque in hunc modum usque ad croesi tempora habitata fuit. Postea a pręter montana descendentes circa templum habitauere: usq; ad Alexādri tempora. Lysimacus cōdita urbe alio loco magis eminenti cum homines non libenter eo migrarent obseruato uehemēti imbre cannales obstruxit: urbemque submersit: atq; ita ciues uel inuitos traduxit: urbemque de uxoris nomine Ar sinoem appellauit: Sed antiquum nomen obtinuit: In ea sena tus conscriptus erat: cum quo & hi conueniebant: qui uocati dicebantur: & omnia administrabāt quemadmodum uenetiis cum dominio & duce togati cōueniūt. Dianę tēplū primus Archiphron mire fabricatus est: postea aliud fecit maius illo: quod Herostratus famę gratia incendit. Senatus decretum edi dit ne quis eius nomen litteris mandaret dignum supplicium. Sed minime obtemperatum est: quando usque ad nostram ętatem sacrilegi nomen peruenit: uerum cum infamia & dedeco re cuiusmodi nec Neronis nomē: nec proditoris Iudę: nec eius qui nunc uiuit Sigismundi malatestę inuidiosum est nomen.

Sed alexãder ab india reuerſus & ueneno apud babilonẽ hauſto mortalẽ ſe ẽẽ cognouit quãuis deus exiſtimari uellet.

Epheſii incenſo templo cui Xerſes pepercerat: aliud pręſtan
tius conſtruxerunt mulierum ornamentis & multis opibus ad
id collatis:non ut Thimeus Thauromentanus ait ex perſarũ
depoſitis:cum nulla eſſent:& ſi qua fuerant:cum templo con
flagrauerant. Ferunt Alexandrum cum templum inſtaurari
accepiſſet factas & futuras impenſas pollicitum ſi eius rei titu
lus ſibi aſcriberet:illos aũt rẽnuiſſe. Epheſiumq; laudibus quẽ
dam attollunt: qui regi dixerit non decere deum bis quicquã
dedicare. Norat ſcilicet amicam regibus adulationem eſſe:
& in magna fortuna plurimum poſſe. Sed Alexander ab India
reuerſus & ueneno apud Babylonem hauſto mortalem ſe eſſe
cognouit:quanuis deus exiſtimari uellet. Cyrocrates ultimo
loco templum inſtaurauit:qui Alexandriam conſtruxit in ęgy
pto:& Alexandro pollicitus eſt ſe montem Atho in eius for
mam fabricaturum facturumque duas urbes:alteram ad dex
tram:Alteram ad ſiniſtram:Ita ut ab altera in alteram amnis ef
flueret. Sed homines facile ea promittunt:quę uentura in peri
culum non creduntur. ędes plena fuit Praxitellis operibus: &
non nulla Traſoius inerant:ſacerdotes eunuchi honore maxi
mo potiebantur:cum quis uirgines aliquas ſacras eſſe oporte
bat. templum Aſylum erat:cuius libertatis termini ſępe muta
ti ſunt. Alexander ad Stadium extendit. Mythridates paulu
lum plus addidit. Antonius etiam urbis partem comprehendit
Auguſtus cęſar id irritum fecit quod multis cauſam malefaci
endi pręſtabat. Sentiunt id Romani apud quos tot ſunt Aſy
la:quot cardinalium ędes:in quibus ſeruati fures atque Sicarii
urbem alioquin paccatam & nobilem ueluti latronum ſpelun
cam efficiunt. Epheſus naualia: & portum habuit: & loci op
portunitate multum creuit:& maximum Citerioris Aſię: Em
porium fuit. Viri memoratu digni ex ea fuerunt: Heraclitus
cognomine:Scotinus & Hermodorus:qui propter excellentiã
ingenii & doctrinam & quia frugi erat:in exilium miſſus fuit:
dicentibus nemo noſtrum frugi eſto: alioquin cum aliis eicia
tur. Propter quod ait heraclitus dignos eſſe Epheſios ut õnes

ſtrangularentur pari ſupplicio & nurſinos dignos cenſuiſſet: q litteratos ex cōſilio pellūt. Ephesius fuit etiā hypponax poeta & Parraſius pictor:& Apelles:& Alexander orator:& Theodocion iudeus qui ſacram ſcripturam interpretatus eſt. Thimotheus apoſtoli Pauli comes apud Epheſum epiſcopatum accępit. Hireneus dicit Epheſiorum ęccleſiam a Paulo quidē fundatam fuiſſe:Sed a Iohanne ędificatam: qui ſupra pectus domini in cęna recubuit. Is enim non ſolum Epheſinę: ſed omnium eccleſiarum quę erant in Aſia gubernacula ſuſcepit. & uſque ad Traiani tempora prudentiſſime rexit. Poſt Domicianum ex inſula regreſſus Policarpus Smyrneorum epiſcopus referre ſolebat Iohannem apoſtolum cum balneas apud Epheſum aliquando lauandi gratia fuiſſet ingreſſus: & Cherinthum ibi uidiſſet continuo exiluiſſe:dixiſſeque fugiamus hinc ne balneę ipſę corruant:in quibus Cherintus lauatur ueritatis inimicus:tanta erat apud illos fidei fundatoris cura: ne ab hereticus interficerentur: quorum cōſortia noſtra ſecula facile admittunt:non ſine magno religionis damno. Duo fuerunt apud Epheſum ſepulchra:& utrumque Iohannis appellabatur nam & duo Iohannes fuerunt:quorum & ſi alter non fuit apoſtolus magnus tamen uir extitit: & eum Papias hieropolitanus epiſcopus audiuit:& ſunt qui Apocalipſim illius eſſe aſſerunt:quibus non conſentit eccleſia:quę ſub nomine apoſtoli legit apocalipſim. Hinc Druſiana fuit mulier ſanctiſſima & apoſtoli amantiſſima: quę ut reuerſum eum ab exilio cernere mereretur a mortuis ſuſcitata eſt. Multa in hac urbe dilectus a chryſto diſcipulus ſigna peregit:& tādem dormitione ſua eā honorauit:antrum eius ibi oſtenditur:in quo multa ſcripſit id ſacrum incolę habent. Vnaquoque ex filiabus Phylippi apud Epheſum ſepulta eſt:pauci nunc habitatores in urbe temidiruta morantur:& ii gręci non parum ab romana eccleſia diſidentes. Epheſinus epiſcopus diſputator uehemens ſub Eugenio quarto Florentinum concilium adiit:nunquam tamen ſępe & multū rogatus ueritati acqeſcere uoluit. Poſt epheſum Caiſtri

hostia ad septentrionem secuntur: & deinde lacus nomine Se linusius ex pelago refusus: Deinde alius in eum confluens: qui deę sagri magnos prouentus templo afferebant: reges eos abstulerunt. Romani restituerunt. Postea publicam sibi uen dicauere. Archemidorus legatus Romam missus lacus deę recuperauit: & Heracleotum quę destiterat euicit: propter quas res aurea effigie in fano donatus est. Paulo ulterius Galesius mons assurgit: et ciuitas Colophon Ionica: & ante eam Apol linis Darii lucus in quo tradunt Calcantem: augurem cum A phyloco Amphyarai filio e Troiano bello redeuntem decli nasse: & Mopsum augurem ex Mãtho Tyręsię filia natum in uenisse: ac propositis quęstionibus cum eo contendisse: & Al terum de fructibus Caprifici: Alterum de pregnante sue quę fuisse: uictumque calcantem mętore obiisse. Colophoni nauales opes satis amplas habuere: & in equestribus certamini bus tantum excelluere: ut uictoriam inde futuram sperarent. Vnde Colophonius pugnaret equitatus: & in prouerbiis di cerent: Colophonem addidit: cum summa operi manus impo nebatur. Par gloria apud Italos superiori tempore Perusino rum fuit: nec adhuc prorsus extincta est. Maius tamen hodie Sfortiadum nomen habetur: & maior equitatus: qui Longo bardorum imperium armis adepti sunt. Ex Colophone fuit Mimnerius Tibicem: & eligię poeta. Itē Xenophanes Physi cus: qui poemata de Psillis edidit: & Polimastus Musicus sūt & qui Homerum hinc ortum faciunt ab Epheso Colophonē usque stadia numerant recta nauigatione septuaginta: postea Coratium montem collocant: & Insulam Dianę sacram in quam ceruas parituras tranacę crediderunt: tanquam Diana numen haberet: & opem posset animalibus afferre. Lebedus deinde succedit cētum & uiginti stadiis a Colophone distās. Hoc in loco Scęnicorum histrionum collegium fuit: qui lu dos ac certamina libero patri quot annis celebrabant. Prius Teo habitauerant: quę consequens Ionum ciuitas erat. Sed or ta seditione Ephesum confugerunt. At cum Athalus eos in-

Ex colophone fuit
Minerius tibicē
Eligie poeta
Xenophanes phisicus
Polimastus Musicus.
fuit & Homerus hic ortū ab epheso
colophone

Mionneso collocaret: qui locus inter Theum & lebedum Medius erat Thei Romam miserunt oratum ne Mionesum sibi amuniri paterentur: Romani illos lebedum transmisere ubi propter hominum paucitatem benigne suscepti sunt. Theos a lebedo centum uiginti stadiis procul fuit in peninsula portum habens Anacherontis Lyrici patria: cuius tempore Thei relicta domo Abderam Tracum urbem migrauerunt: cum persarum contumelias ferre non possent. De Apelicone diximus: qui Theius fuit: & Hecatheus hystoricus his in locis pulchra Cheronesus est quam Thei & heritrei habitauerunt: & Clazomenii Calcides Ischinum facit: cuius Australe latus Thei habuerunt: Boreale Clazomenii: extrema Cheronnesi. Heritrei Caladibus lucus imminebat: Alexandro Phylippi filio dicatus in quo Iones ludos Alexandria uocatos: quot annis celebrabant circunnauigatio Cheronnesi stadia plusquam mille continuit. In fronte eritrę ciuitas Ionica fuit: quę portum habuit: & quattuor oppositas insulas admodum paruas: Priusquam Erithras perueneretur oppiduum Gerre fuit: Deinde Theos: postea Coricus mons excęlsus: & portus Casistes sub eo: & alii nonnulli. Tota Corici pręter nauigatio latronibus plena fuit: qui Coricei dicebantur: hi per uarios dispersi portus mercatorum consilia explorabāt: eosque soluentes in alto egrediebantur & dirripiebant: hinc factum est: ut omnes curiosi occulta: ac secreta auscultare conantes Coricei appellarentur: & in prouerbio diceretur. Hunc ergo Coriceus auscultauit: cuius consilia secreta patefacta sunt. Post Coricium Alonesus insula iacet: deinde Argenū promōtorium agri Heritrei: quod Chiorum posidio proximum fuit: sexaginta fere stadiorum: interiacente freto inter Heritras & precipitium: quod in Boreali parte Cheronnesi reperitur Clazomenis proximum. Mimas assurgit mons altissimus foelix: atque arboribus plenus: deinde uicus Cibelia: & promontorium nomine Melena. Vbi Molę effodiebantur. Ex Erithris sibilla fuit: quā numine afflatam crediderūt. Antiqua sane mulier & diuinatrix: & tempore

ex erithris sibilla fuit
antiq^a sane mulier et diuinat

Alexandri .alia quędam eodem modo futura prędicens nomine Athenais. Ex eadem ciuitate fuit Heropillus medicus: Apollonii condiscipulus: eiusquinus est cognominatus: Chius insula noningentorum stadiorum ambitu continetur. Vrbs in ea portum habuit optimum: sicut & hodie si quis circunnauiget: & insulam a dextris habeat: locum primo inueniet ubi possidium fuit. Deinde Phanę portum profundum: postea ubi Apollinis templum erat: & palmarum Lucus. Deinceps littus Australe: quod stationes habet: mox alterum littus leus appellatum. Deinde Melena promontorium: cuius opposita est Psyra insula excelsa quadraginta stadiorum ambitu: Et urbs eiusdem nomīs. Deinde Aruisia locus asper & importuosus: stadiorum trecentorum: qui uinum fert gręcanicorum optimū propter quod Chii nomen assecuti sunt: huic succedit mons Pelmeus: omnium eius insulę altissimus: Ex quo marmor effoditur. Viros protulit Chius memorabiles Ionem tragicum & Theopompum historicum & Teocritum sophistam. De Homero Ambiguitas est: Chii suum ciuem esse uolunt: atque eos in testimonium adducunt: qui Homeridę uocabantur: ab illius genere profectos: quorum Pyndarus meminit: & Cantores optimos esse dixit. Chii olim classem habuere: & maris imperium & libertatem sibi uendicarunt: huius insulę sicut & Aliarum uarii casus fuere. Postremo ruente Constantinopolitanorum imperio in genuensium potestatem facta est: qui eam non sine magno discrimine contra Turchorum impetum defenderunt. Mastix hic nascitur: quę res Genuensium re publica magnum emolumentum affert: sunt qui aiunt nusquam alibi nasci: quod non credimus. Ait enim Strabo in Lybia regionem esse Cyreneis proximam: quę Silphium idest Masticem gignit: quanuis Barbari odio quodam ingruentes radices eius pene omnes eruerint. Sed possent alia quoque loca eiusdem nature īueniri. Ex quibus difficile sit ad nos aliquid asportari: mercatoribus ea inferentibus quę facilius haberi possint post Precipicium Clazomene secuntur: quę octo insulas in fronte



coierunt.

c Ariam quam propriȩ Asiȩ ultimam partem fecimus: Strabo a Borea meandri flumine clausit: ab occidenti Hycario & Myrthoo pelago a meriedie Rhodiensi: ab ortu Lyciis & aliis gentibus: magnamque Thauri mōtis partem in Caria conclusit oram omnem Rhodiam ei attribuens: Quȩ meridionalis est. Nos partitioni nostrȩ inhȩrētes: Cariam inter Meandrum & montem Thaurum collocabimus: reliqua Lyciȩ attribuemus: quanquam Myletum & alia pleraque maritima loca Ioniȩ attribuerimus: quȩ Iones condidere principium nobis Halycarnassus prȩstabit: quȩ prius zephyra dicta est: & Cariȩ prīcipum regia fuit circa initium Thauri sita. Huius urbis uarii casus fuere. Hecatomnus Cariȩ rex tres filios habuit: Mansolum: Idreum: & Pyxaclarum: & filias duas: E quibus Arthemisia natu grandior Mansolo maiori ex fratribus nupsit. Idreo: qui secundus erat Altera soror nomine Ada. Mansolus regnum obtinuit: quo mortuo uxor imperiū habuit: quȩ sepulchrum illi cōstruxit adeo magnificum: ut ex septem spectaculis orbis hoc unum censeretur: et nihilominus Arthemisia tabȩ consumpta est propter luctum quem ex uiro susceperat. Trogus Arthemisiam Halycarnassi reginā in auxilium Xersi aduersus grȩcos uenisse commemorat. Inter priores duces Acerrime bellum cientem: Et in Xerse quidem muliebrem timorem: in Arthemisia uirilem audaciam fuisse. Incertum an hȩc Mansoli coniunx fuerit. Post Arthemisiam Hidreus imperauit: cui ex morbo assumpto pariter successit. Vxor autem pissodarus qui reliquus erat ex filiis hec catomni hāc eiecit: & Persicarū partium Satrapem ad communicationem imperii acciuit: qui eo defuncto Halycarnassum tenuit: & aduentantis Alexandri substinuit obsidionem: huic Ada Pissodari filia coniunx erat. Altera uero Ada Heccatōni a Pissodaro erecta ad Alexandrum confugit: opemque ad capiendam urbem ei prȩstitit: propter quod Regina ab eo declarata est: Et ad obsidēdam arcem dimissa: quam paulopost



obtinuit:apud Halycarnassum salmacis fons calumniatus est: quod eos emoliat q inde bibant:Sed uerisimilius est diuitias & uictus in continentiam molliciei causam prębuisse. Ex halycarnasso fuit Herodotus historicus:quem postea Thurium uocauere eo quod particeps fuisset colonię in Thurios missę: & Heraclitus poeta Callimachi sodalis & alter historicus Dionysius deinceps Termerium sequitur Myndiorum promontorium:quod Scopię Ptholomęus appellat:& Candarię opponitur Coum promontorium:a quo distat stadiis quadraginta. Choorum urbs antiquitus Astipalea uocabatur: & in alio loco habitabatur ad mare:Postea ptopter seditionem inde migratum est:& iuxta scandalium ciuitas ędificata: quam sicut insulam Coum appellauere: quę olim magna fuit: & optime habitata:& aspectu iocundissima. iis qui eo nauigabant: Ambitus insulę quingentis & quinquaginta stadiis clauditur tota fertilis:& optimo uino abundans: sicut Chius & Lesbus: ad Austrum promontorium habet nomine Laceter:In quo Halysarna locus fuit ad occiduas partes Drepanum habuit: & uicum nomine Stomalimna idest os paludis. In suburbano coi Esculapii templum fuit ualde insigne:& multis donis opulentum:Inter quę nuda uenus erat:quę postea Iulio Cęsari Romę dicata est. Augustus eam patri posuit ut generis parentem Apellis hanc picturam crediderunt:pro qua remissa Cois cētum talenta ex imperato tributo dicunt. tanti erant illius artificis opera. Ex hac insula Hyppocrates fuit diuinus ille medicus cuius adhuc extant opera:& Simus eiusdem artis:& Phyletas poeta:& Niceas qui Coorum tyrannus fuit:& Ariston peripatetici auditor:& hęres & Theonestus uir clarus:Cātor nobilis: &in administranda re publica Nicez emulus. hanc insulam ętate nostra Rhodii habuere: quā Turci diris calamitatibus afflixerūt nostri longoum hodie uocant: ruinas ibi domus hyppocraticę ostendi asserūt: & ortū in quo modicas herbas hūit in ora continētis ꝑpe Myndiū agrū Astypalia ꝓmōtoriū assurgit:& zephyriō postea Myndus ipa seqbatq portū hūit: deide

Ex halicarnasso fuit Herodotus historicus Heraclitus poeta Callimachi sodalis Dionisius historicus.

Choorum urbs antiquitus Astipalea uocabatur.

Longoo i. choos

Ex hac insula fuit Ypocrates m. Simus eiusdem artis Philetas poeta

Bargilia ciuitas:& inter hęc Carianda locus & insula eodem nomine a Cariandensibus habitata. Vnde Stilax ortus est: antiquus rerum conscriptor prope Bargiliam Dianę Cindialis templum fuit quod circūplui crediderunt:ut erat gentilium dementia ex Bargiliis uir clarus fuit Protharcus Epicurius pręceptor Demetrii qui Lacon appellatus est:si modo claritas ulla debetur Epicuri sectatoribus:quorum deus uoluptas fuit deinde Iasus in insula quę continenti adiacet sita fuit: & portum habuit:cuius Incolę magna ex parte uictum ex mari captabant:cum sterilem regionem haberent piscosam tamen. Fama est Iassios cum Cytharedum quendam audirent ut tintinabulum increpuit: quod erat uendendorum piscium signum illico omnes ad forum piscium discessisse pręter unum surdastrum. Cytharedum propius ad illum accessisse: gratiasque egisse:qui & se & musicam honorasset cū cęteri abiisset. Surdastrum uero interrogasse an iam tintinabulum sonuisset: & affirmante Cytharedo surrexisse pariterque discessisse: Tantū distant inter se Palati uoluptas & aurium. Ex Iasso fuit Diodrus Dialecticus cognomento Cronus. post Iassum Mylesiorum possiclium sequitur ubi Ionię templum fecimus. In mediterranea tres urbes memoratu dignę fuerunt Mylasa Stratonicia: Alabanda:cętera castella magna ex parte sub his fuere Mylasa in campo iacuerunt admodum fertili:cui supra uerticem mons imminebat:& alibi lapidis uena:quę ad publicas & priuatas fabricas magnum prębuit adiumentum:urbs & porticibus:& templis pulcherrime instructa fuit.Sed mirandum est quod tam erecto & acliui pręcipitio conditores urbem subiecerunt. quod si non metuebant: at certe erubescere debebant: labramida uicus fuit in monte iuxta transitum: qui ex alabandis ad Mylasa fuit:& in eo peruetustum Iouis militaris templum: a circunuicinis mirifice cultum uia per sexaginta fere stadia usque ad urbem strata nomine sacra.per quam sacrorum pompa mittebatur:sacerdotes ex ciuibus nobilissimi eligebantur. sacerdotium cum uita durabat. Traditum est hanc

urbem olim uicum fuisse patriam ac regiam Carum & Heca-tumni mari proximã: nec procul a ph, ico: in quo Mylasii portum habuere: hinc uiri memoratu digni fuerunt Rhetores simul & oratores: Euthydamus: & Hybreas prior ingentes opes a maioribus suis accępit: & ipse magnas per se parauit nõ solũ in patria clarus: sed tota in Asia primos honores adeptus. Hybreę ut ipse narrare solebat & ciues confitebantur: pater mulum lignarium: & mulionem reliquit: a quibus aliquandiu nutritus est: postea Diotrephẽ Anthiochenu audiuit: & domũ reuersus edilitati se tradidit: nec multa lucratus ad gubernãdã rẽ publicam animũ intendit: ac forum secutus cito creuit: & in admiratione maxima habitus est: uiuente adhuc Euthydamo: nam his crescunt patrimonia fabris: Sed illo mortuo ciuitatis compos oĩo fuit. Euthydamus dũ uiueret multũ ante ibat cũ. simul & potens esset: & utilis in re publica: & siquidem erat in eo tyrannidis id rei publicę utilitate compensabatur: quapropter laudatum est uehementer illud Hybreę: quod extremo in contione dixit Euchimade malum ciuitatis per necessarium nam nec tecum uiuere possumus: ne sine te. Quod in plerisque ciuitatibus Italię nostra ętate erga non nullos haud inconuenienter dicetur. habent enim & nostra tempora suos Euthydamos. Hybreas cum plurimum creuisset: & optimum se ciuem atque oratorem exhibuisset: ad extremum errauit contra labienum aliter atque alii in re publica sentiens. Nam cum cęterę urbes Labienum admitterent cum societate Parthorum aduentantem: hic suis ciuibus ut resisterent suasit. Sed labienus impetu facto urbẽ ui cępit: & domum eius demolitus est cum pluribus aliis. Hybreas Rhodum aufugit: & post tempus reuersus se atque urbem reparauit: cum iam labienus Asiam reliquisset. Stratonicia quanuis in Caria sita esset: Macedonum tamen habitatio fuit sumptuosis fabricis a regibus exornata. prope urbem in Iouis Chrysaorei templo Cares omnes cõuẽire solebãt de cõibus rebus deliberaturi: cõuẽtus Chrysaoreus appellabaẽ: ex uicis cõstãs: ubi q plures uiros afferebãt

in ſuffragiis antecellebant Stratonicenſes quanuis non eſſent Carici generis in conuentu tamē participabant. Ex ea urbe uir fuit memoratu dignus: menipus orator cognomēto Catecas: quem ſupra omnes Aſiaticos oratores a ſe auditos Cicero laudat. magnum tanti uiri pręconium fuit: & aliud oppidum Stratonicia thauro monti adiacens. Alabandam urbem duobus montibus ſubiectam ita diſpoſitam extitiſſe dicunt: ut cyſtę inuerſę prębereut ſpeciem. Vnde apollonius cognomēto Malacus cum ſales dicacitatis in hanc urbem iactaret propter ſcorpiones qui multi inerant. Vrbs eſt inquit cyſta inuerſa ſcorpionibus plena. Guarinus ueronēſis hunc Strabonis locum e gręco in latinum conuertens: Aſellum pro ciſta poſuit: tanta eſt tranſlatorum diuerſitas. Alabanda homines molles & Pſaltrias multas habuit: hinc uiri memorabiles fuere duo fratres oratores Menecles: & hierocles: & Apollonius & Molon: qui Rhodum migrauerunt: ad Cariam & Anthiochiam pertinuit: quę mediterranea fuit. Prygię proxima mediocris urbis ad meandrum ſita Phrygiam uerſus & pontem habuit in flumine: & regionem multam ex utraque parte amnis totam fertilem: & Caricam plurimam producentem: quam modo Anthiochiam modo Triphylon uocauere. locus facile concutiebat̃: ſicut cętera regionis eiuſdem: huic fuit ſophiſta clarus Diotrephes quem hybream diximus audiſſe. Anthiochię propinqui Cabalenſes fuere: de quibus non ſatis certum eſt: an Cares fuerint an Piſidę: ſunt qui eos Solymos fuiſſe credidere: nam collis qui Termenſi promontorio imminebat: Solymus uocabatur: & ipſi Termēſes ſolum proximum erat Bellophorontis uallum & Piſandri filius eius ſepulchrum: qui in bello cecidit cōtra Solymos geſto. Termeſus Pyſidica urbs ſine cotrouerſia fuit: quę proxime ac plurimū Cybirci īminebat. Cybrici a Lydis ꝓfecti dicunt̃: qui Cabalēſem agrum tenuerunt. Poſtea Piſidę finitimi eam habitauere: atque in aliū locū trāſtulerunt: & munitiſſimā reddiderūt: ambitu fere cētū ſtadiorum. hęc urbs ꝓpter eqtatē plurimū creuit & uici ꝓpagati ſunt: a

Cibereis quatuor linguis utebantur
Phisidarum · Grecorum
Solimorum · Lidorum ·
proprium apud cibereos fuit ferrum facile extornari

Pysidia & finitimo Mylię agro usque in Lyciam: & ulteriorē Rhodiorum regionem additis tribus urbibus proximis. Bubone: Balbura: & oenoandro: quarum conuentus Tetrapolis dictus est: harum singulę singula suffragia habuere. Cobyra uero duo quę triginta peditum millia mittebat: equitum duo millia. Cybera longo tempore sub tyrannis fuit: quorum regimen temporatum erat: & in Moageto finem habuit. Murena Tyrannidem substulit: & Balburam Bubonemque Lyciis adiecit: quę montana erant loca. Cybirensis tamen admīstratio inter maximas totius Asię censebatur. Cyberei quattuor linguis utebantur: Pisidarum: Solimorum: Grecorum: ac Lydorum. proprium apud cybereos fuit ferrum facile extornari. Mylia mōtana est: quę ab angustiis Termesii & a transitu qui per eas fit ad Citeriora tauri: usque ad Apameorum regionem & Sagalassum pertendit. Sed quoniam de caribus hoc in loco tractatio est: scire oportet eos sub Minoe fuisse: Sed tunc leleges dicebantur: & insulas habitabant. Postea in continentem migrauere: multumque maritimę orę: & mediterraneę occuparūt prioribus habitatoribus expulsis: qui & ipsi magna ex parte leleges erant: & pelasgi rursum his greci partem abstulerunt. Iones scilicet ac Dores fuerunt aut Cares circa rem militarem admodum studiosi cuius rei indicium est: quod lora Chrystas & cętera insignia militaria olim Carica dicebantur: ut est illud Anachreontis. Nectite bene compactum: Carię lorum manum insertantes: & Alceus Caricam inquit quatiens christam. Sed quesitum est: cum multę Barbarę nationes in auxilium priami uenissent: cur solos Cares Barbarici sermonis Homerus dixerit. Strabo arbitratur ab initio confecto nomine eos Barbaros appellatos: qui difficulter aspere: atque duriter loq̄rentur: ut Blesos: Balbosque dicimus. Sumus enim ad confingenda cognata rebus nomina ingeniosi: oēs igitur q̄ Crasse locuntur: Barbaros dici quales sunt nationes omnes pręter grecos: & primo quidem per conuicium quasi duriloquis: & crassilinguibus Barbariem imputatam. Postea uero id nomen per

abusionē receptū esse ceteras gentes a grecis distinguēs: sic & quoque in greca lingua quadam loquēdi prauitatem: eamque Barbaram uocatam si quis non recte greca pronunciaret. Sed ita nomina profert quemadmodum barbari solent: qui ad grecam dictionem introducti expedire linguam non possunt: Sicut nec greci illorum orationem: quod aprime Caribus contigit. nam alii non multum cum grecis diuersabantur: nec grece uiuere: nec eorum dictionem discere pertentabant: nisi perrari admodū. Cares uero per totam greciam errauerunt: stipendia merentes: & ex illo tempore barbari sunt appellati: & multo magis posteaquam insulas habitarunt: & cum in Asiam profecti sunt: ubi cum grecis uixerunt: nam Iones cum eis: ac Dores traiecere. recte igitur Barbarum eis sermonem imputat homerus. qui grece minus expedite loquebantur. Barbarismusque quoque in his dicebatur: qui male grecizabant non autem in his qui carice loquerentur. Apostolus paulus in epistolis omnes inter se se Barbaros esse dicit: qui se inuicem non intelligunt: & romani omnes barbaros uocauere: qui latine loqui nescirent preter grecos: quibus honorem detulerunt. Barbariemque nonnunquam etiam de moribus traxere. Soloecismum autem qui orationis artem respicit a solis ductum putant. que ciuitas cilicie fuit postea Pomperopolis appellata: nec plura de Caribus nec de Asia propria cuius ultimam partem Cariam fecimus.

r Estat minoris Asie tertia pars: que transtaurum appellatur obiecta noto. in hanc Lyciam pamphyliam & Ciliciam collocauimus. Lycia ut Ptholomeus uoluit: & ab occasu. & a septentrione Asiam propriam habuit: ab ortu Pamphylie partem a meridie Lycium mare: ne Strabo Ptholomei sententie multum aduersatur: quamuis Lycie terminos angustiores ab occidenti fecit multam. n extra taurum Carie tradiderunt: que nos Lycie concedimus totam scilicet oram Rhodiensem que a foenicis promontorio: usque ad dedala protenditur: & insuper totam Doricam regionem in reliquis concordes erimus. Prima igitur Lycie pars Dorica cheronesus erit: quē Mirthoo rhodiēsiqꝫ pelago cincta: ultimū Asie āgulū ad occ. detē

ac meridiem occupat: quemadmodum Bythinica cheronesus borealem & occidetalem: alterū tenet angulū. Nam his ueluti duabus columnis basis ipsa sustinetur Asię siue duo uelis cornua dicere: quorum alterum traciam respicit: alterum Cretam oram helespontiā in medio constitutam: quasi bouinam frontem habentia: & si non est hinc: atq; inde par distantia. Circa Ischinum Dorice cheronensi in australi parte mons foenix est omnium eius regionis altissimus: in cuius summo castellū fuit eiusdē nois: & in frōte quattuor stadia insula elcusa: octo fere stadia in ambitu habēs: & lorima ora aspera: ubi flexus quidam cheronensi ad acquilonem inclinat: deinceps recta nauigatio usq; in propontidem quasi quadam meridianam lineam facit: quę millia circiter stadiorum quīq; complectitur: post lorima cynosima fuit Canis sepulchrum & īsula sima: postea Gnidus protomontorium quod nostra ętas Chrii caput appellat & ciuitas quę portus duos habuit: & in fronte insulam quę stadia septem ambitus complectebatur. Theatralis & alta aggeribus iuncta continenti. Ea gnidum quodammodo biurbem fecit: nam maxima pars ciuitatis insulam habitat ambos portus contegentem: E gnido uiri memorabiles fuerunt: Eudoxus mathematichus Platonis Sodalis: & Agatharchides pipatheticus hystorię conditor & Theopompus Iulio cęsari familiaris: qui apud eum plurimum potuit: & Arthemidorus eius filius & his antiquior Ctesias qui xersem medicatus est: & res syriachas persicasq; conscripsit. Post gnidum in septemtrionali cheronensi latere: duo supra mare oppida fuerunt cheramus & Bargasa. Coorum insulę e regione opposita deinceps halycarnassus extra Ischinum quem uix duorum stadiorum esse arbitrantur: eum sępe Rhodii interrumpere cogitauerunt: in ruinis halycarnassi castellum sancti petri Rhodii apprime cōmunitū possident: apud quod multa insunt antiquę nobilitatis ruinę. tres halycarnassum carię dedimus. In australi uero littore: & in Rhodiorum regione physicus oppidū fuit: in quo Milasii ad Cariam pertinētes portum habuere: ibi & latonę lucus erat quā gentiles Dianę matrem: deamq; fuisse falso credidere: quāuis

ex adultero peperisset: ulterius ad orientem Camnis ciuitas fuit & in proximo Calbis profundus amnis per quem res inuehebantur: urbs naualia habuit: & portum clausum: & imminentē in colle arcem nomine imbrum: & regionem foelicem adiacentem: sed aerem ęstate & autūno grauem propter ęstum: & pomorum copiam stratonicus Cytharedus cum cānios uiridi colore aīaduertisset hic est inquit quod poeta dicit. Tale quidem genus est hominum quale & foliorum. Reprehēsus aūt quod urbem ueluti morbidā caperet ergo addidit eam morbidam dicere ausum: ubi mortui ambulant. Hęc eadem ad eos transferri possent qui maritimam Senensium oram incolunt. Cannii cum aliquado a Rhodiis desciuissent: Iudicātibus Romāis recuperati sunt: his eadem lingua cum Caribus fuit: Sed proprus legibus utebantur: Ex cręta originem ducentes. Calumna ciuitas huic proxima fuit: & promontorium Arthemiscium & templum & alter latonę lucus Calumna sexaginta stadiis a mari recessit. Vlterius Glaucus Sinus sine portu: & magis ad orientem dedala loca: & promontorium in quo Rhodiensis ora finiebant: & Lycię secundum Strabonem pręter nauigatio incipiebat: mille & septingenta ac uiginti stadia continens: aspera sane ac difficilis: sed portuosa: & ab hominibus temperātibus habitata: quam paulopost attingemus. Nam prius de Rhodo dicendum est quę his locis exposita est de quibus modo locuti sumus.

Hodus Insula noningentorum: ac uiginti stadiorū ambitu patet secundum nostram descriptionem: Lycię opposita secundum Ptholomeū: & Strabonem carię: inter Asiaticas insulas tertia. Lesbus enim & Cyprus maiores habentur. Rhodii tamen rerum gestarum gloria pręualuerunt. Insula prius Ophiusa dicta ē. Deīde stadia & postea Telchins: Eo q Thelchines insulā incolerent: quos nonnulli fascinatores & maleficos fuisse tradunt: tanquam stygiam aqua rstirpibus & animalibus perniciei gratia inspergerent. Alii cōtra senciunt: Telchines eximios artifices extitisse: primosque ferri & ęris fabricam īuenisse: quos ex cręta in Rhodum profect[illegible]s

Rodus prius ophiusa dicta ē deinde Stadia & postea Telchins

Telchines eximios extitisse [illegible] primosque ferri & eris fabricā īuenisse quos ex creta ī Rhodū pfectos

uicini per inuidiam fascinationibus perdiderint. Sed priorem
infamiā ualuisse. Sępe enim apud hoīes succūbit ueritas. Post
Telchines Eliades insulam tenuere: quorum posteri Lyndum
ac Ialisum: & Albani Camerum condiderunt: alii tamen a Tle
pomeno conditas aiunt: qui cum primum uirilem iniisset ęta
tem patris sui auunculum Tecinium senectute grauem interfe
cit: & nauibus ędificatis frequentem cogens populum fuga
in Rhodum peruenit: ibique habitauit ab Argis profectus pro
pter quam rem originem Rhodiorum alii ęolicam: alii Dori
cam esse tradunt. Sunt enim qui Dorienses cum maximas ędi
ficassent urbes post Codri obitum partim Argiuorum agre
gatos regno tradant: partim Colonię in Crętam missę pertici
pes factos: partim Rhodium petisse. Sed hec posteriora sunt
his: quę ab Homero dicunť: qui Rhodios non Dores nomi
nat. Sed ęoles ac Boetios innuit apud quos Herculis & Lyci
mini habitatio erat. Est autem Rhodiorum uetustissimum
nomen siquidem ante olympiadum institutionem claruere:
qui longe a domo profecti in Hispaniam nauigarunt: ibique
alteram Rhodum urbem condidere: quam postea Masilien
ses occuparunt: & in bello Troiano fuisse tradunť: atque eos
paracto Gymnasias insulas ędificasse: quas quidem Baleari
cas esse putant. Poetę antiquitatem ac nobilitatem insulę astru
entes fabulam confinxerunt dicentes aurum in insula pluuisse
cum palas ei Iouis capite nasceretur: ut Pyndarus inquit: nomē
insulę ab urbe sumptum: quę pari modo R ius appellatur:
in orientali promontorio sita: ea portubus olim & uiis & moe
nibus: & reliquis ornamentis tantopere cęteras superauit: ne ul
lam putaretu ęqualem habere legum pręstantia: & naualis rei
peritia adeo ualuit: ut annos multos maris imperio potiretur:
& Pyrrhatarum latrocinia sustulerit. Romanis & gręcis ami
ca: quę cum libera esset multis & donis & simulacris excellen
tissimis claruit: pręcipua tamen fama Colosii extitit. Statuam
enim alii Iouis: alii solis fuisse tradunt: quam Cares Lyndius
decies septenū cubitum altam ędidit ęre: postea ex terremotu
fractis genibus corruit: nec Rhodii ipsam attollere ausi sunt:

originē Rodiorum alii eolicam alii doricam eē tradunt.

Homerus dicit quod Rodios nō dores sed eoles ac boetios apud quos Herculis et licimini habitacio erat.

Rodiorum uetustissimū nomē est siquidem ante olimpiadū

nauigarunt in Hispaniam ibique alteram rodū urbē ędidere quam postea masilienses occupauere.

Gimnasias insulas edificasse

[illegible] balearas [illegible]

[illegible]

Statuā Colosii alii iouis alii solis [illegible] cubitū altā edidit ere.

oraculo quodam prohibiti hoc inter oblata dona excellentissi
mum: & inter septē miracula maximum omnes confessi sunt.
Soldanus ęgypti cum insulam inuasisset ex ęre huius statuę:
quam confractam reperit noningentos Camelos onerasse fer
tur: atque in Alexandriam terrestri itinere transmisisse: fuit &
Protegenis pictura insignis ualuis: scilicet ac Satyrus iuxta co
lumnam stans: super qua perdix erat: ad quem ita homines hia
bant: cum nuper tabula esset posita: ut illum solum admiraren
tur. Satyrum uero cōtēnerēt: quāquam perfectissimum opus
augebant admirantium. Perdices mansueti: qui a nutritoribus
alati & contra pictum appositi canebant: & congredi gestie
bant: quod pręter opinionem protegines accidisse uidens edi
ciuios rogauit: ut se auem delere permitterent: quod illi annue
runt. Fuerunt & naualia apud Rhodum instructissima: & ali
qua occulta & ignota plebi in quę si quis introspexisset: capite
plectebatur. In hac urbe & Massilię: & Cizici fabrorum & Ar
chitectorum instrumenta armorumque uaria genera in thesau
ris summa cura studioque locabantur. Magisquam penes
alios usquam ex hac insula uiri illustres multi prodierunt: &
imperatores: & pugiles: e quibus Panetii philosophi proge
nitores fuere: & Mennon qui Persarum regibus militauit: & eo
rum copias duxit. Circa res ciuiles: & philosophiam: & artes li
berales Panetius ipse & Statrocles & Andronicus pipateticus
& leo Iudas Stoicus: ac priores Praxi fanes: & Hieronymus &
Eudemus. Possidonius uero quāquam Rhodi uixit: & So
phisticam exercuit: apanensis tamen e Syria fuit: quemadmo
dum Apolinius Malacus & Molon: qui Alabandenses fuere:
ut supradiximus: sed prius apollonius rhodum profectus est
postea Molon Pissander etiam qui heracliam scripsit poeta
Rhodius fuit: & Simias grammaticus: & Aristocles Diony
sius quoque Thrax & Apollonius: q Argonautas composuit:
Alexandrini quidem fuere: Rhodii tamen uocati sunt: quo
iam Rhodii habitauere. Cleobalus insuper unus e septem sa
pientibus e Lyndo fuit: cuius urbis habitatores quemad modū

Milites Hi enī post pditā hieroso limam ī Rodū sese recepex

Camirenses & Ialisi omnes in urbem Rhodiam migrauerunt: ubi Lynus fuit: nunc carcer est Religiosorum militum, qui atrociter peccant: & munitio quędam in altissimo saxo uix humanis expugnanda uiribus. Multa hęc ciuitas Rhodia per ciuilia Romanorum bella perpessa est: nec sub gręcorum imperio calamitatibus caruit. Sed postquam Saraceni ęgyptum & Syriam: Turci uero Asiam obtinuere longe maioribus Cladibus subiecta fuit: & aliquando Venetorum iugum: aliquando aliorū christianorū pertulit: neq; ullo pacto Turcorum uiribus restitisset: nisi religiosi milites: qui beato Ioanni dicati sunt insulę: eius curā suscepissent. Hi enī post perditā Hierosolimam in eam sese receperunt: & urbem pene dirutam instaurantes: naualiaque & Classes reformantes: non solum insulam ipsam tutati sunt: sed Cyprius & aliis finitimis Christum colentibus magno pręsidio fuerunt: quorum uirtute quicquid in oriente nostrę religionis est Christo seruatum: fateri licet. Abusacus ęgypti dominus: quem Soldanū appellant: magnis Classibus per nostram ętatem armatis: toto quinquēnio Rhodum uexauit: multo tamen minora intulit damna: quam pertulit: nec dispari fortuna Turcorum conatus in Rhodiis facti ceciderunt. Nam & apud oppidum sancti Petri: quod Rhodi incontinenti munitissimū possident: & in ipsa insula magnas sępe strages acceperunt. Calixtus tertius papa: qui nos in beati Petri sede pręcessit: Classem non paruam in auxilium Rhodiorum misit: quę diu apud eos morata plures Turcorum naues pręlio superatas demersit: & corpora hominum palo suffixit. Staliminumque insulam lemnum olim appellatam & taxum & nembrum: et alias quasdam minoris nominis Turcorum imperio ademit: nec ęgyptios quiescere permisit: neque Syrios: neque Cilicas. Sed mortuo Calixto dissoluta Classe: Ludouicus Cardinalis acquileiensis: qui ei pręfectus erat: Romam rediit: Rhodo et omni oriente nostri religionis cultore in discrimine summaque desperatione relicto: Et acquisitę insulę ad hostes redire: cum nos intestinis italię

motibus : & subditoram seditionibus occupati longinqua
prospicere nõ possemus: prȩsertim cũ Roma ipsa ĩ periculo es
set: non solum Baronibus per circuitunm: sed aliquibus Ro
manis ciuibus: res nouas molientibus: & ecclesiasticȩ potentiȩ
insidiãtibus. Hactenus de Rhodo: in qua mons omnium al
tissimus Athabiris uocabatur pro gentili dementia Ioui sacer
qui ex loco Athabirius dicebatur. Castellũ sancti Petri: quod
incontinẽti munitissimum magno sumptu custodiunt. Rho
dii non paruo usui christianis est: qui manus Turcorum inci-
dunt: sȩpe eo fugientes saluantur. Canes ingentes noctu extra
muros excubant: de quibus fama est : quod christianos odore
cognoscant: eisque aduentantibus blandiuntur : Turcos autẽ
latratu prodant & morsibus insectẽtur. Nunc reliquam Lyci
am absoluamus. Lycii adeo ciuiles & continentes extiterunt:
ut quãuis foeliciter usq; in italiã mari dominarẽtur: nullo tamẽ
unquam turpi lucro sese extulerint: uiginti tres urbes apud eos
erant: quȩ in suffragiis dandis participabant: & ex quaque ciui
tate in commune collegiũ conueniebant: id decernentes quod
pars maxima comprobasset: maximarum ciuitatum quȩlibet
tria suffragia ferebat: Medię duo: Cȩterȩ unum: parique modo
pro portione tributa pendebãt: & alia munera subibant. Hȩc
de his Lyciis dicimus: quos Strabo ultra dedala uersus orien-
tem collocauit. Nam Dorica & Rhodiensis ora ad Cares per-
tinebat. Archemidorus Lyciorũ sex maximas fuisse urbes as
seruit. Xhanthum: Patharam: Pynaram: Olimpum: Myram:
& Clon. In collegio ciuitatum primo eligebatur Lyciȩ prȩfe-
ctus: post alii urbium magistratus iudicia in communi fiebãt:
Antiquitus de bello de pace de sociis consultabant. Postea ro
mani hanc eis potestatem abstulerunt. Sed cum iuste uiuerent
libertatem consecuti sunt : & patriam pacatam habuerunt : &
Pyratas funditus deletos uiderunt primum a seruilio Isauri
co: postea a pompeio magno qui supra mille & trecenta naui-
gia concremauit: & eorum habitationes deleuit : & ex homini
bus qui in prelio superfuerãt: alios in urbẽ Solos: apud Cilicas
habitatam deduxit: & urbem Pompeiopolim appellauit. alios

Didimenam quę hominibus carebat: & postea Romanorum Colonia facta est. Sed Pyrratę ut plurimum aut Pisidę: aut Isauri fuerunt: aut Cilices Trachiotę: qui apud Sidam Pamphylię urbem nauigia faciebant: ibique captiuos sub hasta uēditabant: non diffidentes eos liberos esse. Pysidę & Isauri ut diximus montani fuerunt: ultra & citra Taurū iugū habitātes: & summos etiā uertices incolentes: de quibus satis dictum est in superioribus: quanuis magna pars eorum australia Tauri teneret: & ad tertiam quam nunc describimus Asię partem respiceret. post Dedala Lyciorum montem in proximo fuit Telmesus oppidum: & Telmesis promōtoriū: & in eo portus hūc locum Eumenes in bello aduersus Antiochum gesto a Romanis accepit: sublato regno Lycii locum receperunt. Deinceps Anticragus mons assurgit: & in eius conualle Carmilesus locus habitatus: Deinde Cragus in octo promontoria diuisus: & urbs eiusdem nominis. Hic fabulas de Chimerę montibus cōfinxere: & prope conuallis fuit nomine Chimera a littore porrecta in mediterranea: Crago subiacuit Pynara: una ex maximis Lycię ciuitatibus in qua Pandarus colebatur. Dubium an is qui apud Troiam in pręlio fuit: Nam & illum ex Lycia dixere. Postea Xantus fluuius prolabitur: quem priores Sirbini uocauere: iuxta hunc procul a mari septuaginta stadiis Xantus erat ciuitas una ex maioribus: & post eam Patara & ipsa maxima Pathari opus quę portum habuit: & templa plurima Ptholomęus Phyladelphus eam auxit: & Arismone Lyciatam nominauit. Sed antiquum nomen delere non potuit. Nicolaus hic pontificatum habuit: uir sanctitate pręcipua: Clarus is cuius nautę in tempestatibus singuli patrocinio utuntur & qui auro in domum inopis patrisfamilias clam iniecto tribus puellis ne prostituerentur diuinitus consuluit. Deinde ad stadia uiginti supra mare in sublimi colle Myram locauerunt: postea Iorimi fluminis hostia ascendenti stadia uiginti pedestri itinere Lunica oppidum occurrebat: in hac pręter nauigatione: portus & insulę multę: quarum maxima Cistenę fuit eiusdem nominis urbē habēs. Deinde in mediterranea phellus

& Antiphellus appellata loca: postea Hiera promontorium & tres insulę Chelidonię asperę: & magnitudine ęquales: stadiis quinque inter se distantes: a terra uero sexaginta: quarum ima stationem habuit. Quidam initinm Tauri e regione Chelidoniarum surgere putauerunt: propterea quod promontorium est: & a Pisidicis montibus descendit. Sed reuera a Rhodiorum transmarina Pisidiam uersus montana regio perpetua est: quę etiam Thaurus appellatur. Post Hieram Crombusa fuit: & Olympus ciuitas maxima: & mons eiusdem nominis: qui etiam Phęnicus uocabatur. Deinde Coryci littus. Postea Phasilis tribus munita portubus: ciuitas insignis & lacus: cui mons nomine Solima incumbit: & Telinesus Pysidica ciuitas angustiis adiacens: per quas in Myliadem transitur. Sed de Telineso supradiximus: quam Alexander cum angustias aperire uellet coepit ac diruit. Inferius ad mare circa Phasilidem angustię sunt: & mons nomine Climas Pamphylico pelago adiacens: quem Phtolomęus Massiticum appellare uidetur. Is transitum arctum relinquit in littore: qui tranquillo mari nudatur: & iter facientibus peruius est: pelago affluente undis contegitur: transitus per montem & arduus & prolixus est: atque idcirco in tranquillitatibus littore utuntur. At Alexander in hyemem incidens: & maximam partem suarum rerum fortunę permittens priusquam fluctus rediret mouit: & totam diem in aquis habuit: ita ut umbelicotenus milites mergerentur: periculum per tot pericula dux simul & exercitus quęrebat. Physilis Lyciaca urbs fuit in montibus sita: qui Pamphyliam spectant: Sed cum Lycus non communicauit suis utens legibus: nonnulli Lycios prius Solimos uocatos putauerunt. Postea Termillas ab his qui cum Sarpedone ex creta uenerũt: Deinde Lycios a lico Pandionis filio quem domo profugium Sarpedon in regni partem suscepit. Sed melius sentiunt: qui Solimos in Boreali Tauri parte collocant: & postea milies appellati sunt. Homerus idest Solimos diuersos facit a Lyciis: quorum Rex ad Troianum bellum misit Bellorophontē de quo dicitur. Hic Solimus iterũ p̄stãtibus intulit arma. Lycii

...cia .b. xpforus apud vos martirium accepit i. ci. samone

christiana sacra receperunt: diuque seruauerunt. Beatus Christophoros apud eos martyrium accepit in ciuitate Samonę: quē uirgis ferreis attritum: & flammis exustum diuina uirtute saluatum ferunt. Postremo sagittarum ictibus confossum: dum constanter in Christi confessione persisteret: capite obtruncatum: sed nostra ętate Lycii omnes in potestate Turcorum facti rectam fidem amiserunt.

Pamphylia tota montana ex Tauro in mare procumbit: ab orienti Tracheę Cilicię iuncta: ab occidenti Climaci monti seu malitito: qui Lyciam disterminat. Piside ei a septentrione incumbit: qui taurum obtinent: de quibus mentio facta est. Initium Pamphylię Olbia prębuit: Phasilidi propinqua ingens munitio. Postea Cataractes effluit amnis multus & torrentibus more impetuosus ab alta petra descendens: cuius impetus lōgissime exauditur. Deinde Athalia Phyladelphi Athali opus: a quo dicta est. Sunt qui dicunt inter Phasilidem & Athaliam Thebam quandam & Tyrnensium fuisse: quod non est alienum credere. Si quod Calistenes auctor est. Troianos Cilices post Ilium deletum ex Thebano campo in Pamphyliam exiuisse: a quibus facile fuit oppidis: quę conderent ea nomina imponere: quibus in patria utebatur. Athaliam prętergresso Cestrus occurrit fluuius: quem ad stadia sexaginta nauiganti. Perga ciuitas offerebatur: & proximum loco edito. Pergeę Dianę fanū: ubi quot ānis festa celebrabāt: demonibus expectata Solatia. Deinde ad stadia quadraginta supra mare urbs alta: quę a Pergeis conspici poterat: Deinde lacus ingens nomine Capria & fluuius Eurimedon: & superius stadiis sexaginta in eius ripa urbs aspendus plena populo quam Argiui condiderunt. Ptholomęus hunc amnem inter Cataractem & Cestrum posuit. Strabo ultra Cestrum ad orientem locauit. Vltra Aspendum Ptenelissus defluit amnis deinde alius fluuius: & multę in fronte insulę parum cognitę: Postea Sida Cumanorum Colonia: quę Palladis templum habuit: & Pyrratarum commune forum & ei proxima minorum Cybirensium ora: & Melas amnis. Postea Ptholomęus

urbs & non procul Pamphylię fines: & Coracesium Trachee: Cilicię initium tota Pamphyliç preternauigatio sexcentorum & quadraginta stadiorum spacium continet. Herodotus au-ctor est Pamphylios ex sociis Amphylochi & Calcantis fuis-se mixtis sane hominibus :qui ex Troia illos sequebantur: atque ex his alios hic remansisse:alios in alia loca fuisse disper-sos .Callinus asserit Calcantem apud Clarum obiisse: gentes uero quę cum eo erãt Thaurum cum Mopso transgressas:partim in Pamphylia remansisse : partim in Ciliciam Syriamque usque ad Phoeniceam processisse.Pamphylia sicut & reliquę Asię prouintię sacrosanctum Christi euangelium suscepit.postea de uia uitę recessit: sceleratum Mahumetis dogma : & inanes secuta fabulas : & in hoc usque tempus delyrat : Turco-rum imperio subiecta quibus ad uoluptatem humano generi amicam multa permissa sunt: Sed iam ad Ciliciam transea-mus.

Ilicia prius ad pelusium usque Aegypti pertendebat Lydia:Pamphylia: Cappadocia Armęnis : ac Mędis sub imperio Cilicum cõstitutis. Mox ab Asiriis edomita in breuiorem modum scripta est:ab orienti Amano clauditur:a septentrione Tauri iugis:ab occidẽti Pamphylia & plurima iacens campo:In australi latere Sinu lato mare Issicum recipit.Cilix ei nomen dedit quem Pristina ętas pene ultra ęuũ memorię abscõdit. Phoenice ortus qui apud gentiles antiquior Ioue de primis terrę alumnis habebatur.Ciliciam duplicem esse diximus:alteram Trachеam:alteram Campenstrem.

Trachea oram maritimam perangustam habet: & nullum uel raro locum in plano. Taurus ei incumbit:male habitatus usq; ad latera Borealia:quę circa Isauriam & Omonades existunt: usque in Pisidiam .Incipit autem Trachiotis Cilicia a Coracesio: & usque magnopolim excurrit.Campestris uero a magnopoli & Tharso Issum usque pertẽdit:cui ad Boreale Thauri latus Cappadoces adiacẽt. Primũigitur Trachee castellũ:Coracesium dixere in petra prerupta situm.Hoc ex loco Diodorus

cognomento Tripbon regibus Syriȩ bellum intulit: & uaria usus fortuna: ab Anthiocbo tandem filio Dometrii in quodam loco conclusus sibiipsi manum consciuit. Dignus bomini finis: qui sine regno nesciret uiuere. Quod autem Cilices Pyrratȩ fierent ipse Tripbon in causa fuit: & regum Ignauia qui tunc Ciliciȩ ac Syriȩ ex successione imperantes: & inter se dissidentes plurima neglexerunt: neque enim natis regibus atque electis par solertia inest. Inuitabant etiam lucra ad maleficium: & ipsa facilitas capiendi & uendendi captiuos. Delus non procul aberat Emporium magnum & pecuniosum: quot multa mancipiorum millia & recipere & remittere eadem die poterat. Ex quo prouerbium factum est. Mercator nauiga & expone. Iam omnia uenundata sunt:. Nam Romani post Carthaginis & Coryntbi euersionē diuites effecti: multis seruis utebantur: quos apud Delum emebant. Pyrratȩ igitur & Predādi & uendendi opportunitate oblata mirum inmodum coaluerunt: adiuuabant & Cypri reges & ȩgypti Syris infensi. Nec Rhodii illis beniuoli erant: Quapropter impune Pyrratȩ crassabantur. Romani tamen quanuis parum eos qui trans taurum erant curarent: Scipionem tamen ȩmilianum miserunt: qni populos & urbes inspiceret: Sed intelligentes ex improbitate principum a Seleuco Nicatore per successionem profectorum id malum euenire non prouidebant. Pudebat enim Romanos id regnum abolere: quod ipsi constituissent. Inuiti enim destruunt bomines: quȩ ipsi construxerunt ea res Parthos qui trans Eupbratem erant: postea regionis eius dominos fecit. Deinde etiam Armȩnios: qui regione transmarina usque in Foeniciam occupata reges & genus eorum uniuersum funditus sustulerunt. mare autem Cilicibus concessere: quos Romani opibus auctos & bello & exercitu deleuere. Sed uicinis rebus: & in conspectu Sicis occupati: postea ea loca neglexere. Vltra Coracesium orientem uersus: urbs Arsinoe fuit: Deinde Amaxia in colle sita: quȩ babitatio stationem babuit: ad quam materies ad fabrican

das naues deducebatur : maxima ex parte Cedrina : quę arbor in ea regione plurima ē: Atque idcirco Cleopatrę ab Antonio donata fuit : quia fabricandis nauibus esset idonea. Laertes subinde castellum in tumulo situm fuit : qui mamillę speciem prębuit : & stationem habuit : nec procul Selenus amnis in mare decurrit : Postea Cragus petra prerupta supra mare : & Caradrus munitio cum statione. Vlterius mons Anglicus & aspera quędam pręternauigatio nomine Platanistrus : de hinc Anemurium promontorium ubi continens Crommio Cypri promontorio appropinquat ad stadia trecenta & quinquaginta a Pamphylię finibus: Anemurium usque Cilicię pręternauigatio octingenta ac uiginti stadia continet. Reliquas usque Solos circiter quingenta in Cilicia Trachea ciuitatem hodie magnam esse dicunt : quam Sataliam uocant : & oppositum mare Satalicum pelagus : quod angustiis Cypris proximum ferunt: & oppidum esse non paruum Scandalarum appellatum: cuius dominus uiginti millia hominum armare posset: qui quanquam Turcus sit Caramanum cum & Ottomanum inimicus Rhodii amicitia iungatur. Post Anemurium Agidas ciuitas occurrit: deinde altera Alsinore statione prędita: cui succedit locus Melania nomine : & Celenderis ciuitas quę portum habuit: quidam in hoc loco Cilicię initium fecerunt : non in Coracesio quibus Arthemidorus consensit. Holmus deinde sequebatur quam prius habitarunt : qui postea Seleucenses appellati sunt. Sed condita Seleucia apud Calicadnū eo comigrarūt. Calicadnus fluuius est qui ultra Sarperpedonis promōtoriū in mare prorūpit: per hunc Seleuciam nauigabant: urbem bene habitatam: & a Cilicio & Pāphylio more plurimum abhorentem. Hinc fuerunt ex peripateticis phylosophis uiri memorabiles Atheneus : & Xenarchus ille in re publica uersatus aliquandiu in patria populum duxit: deinde contracta cum murena singuli amicitia: & cum illo fugiēs captus est: cum insidię cōtra Cęsarem augustum deprehēsę essent: sed Insons inuētus a Cęsare dimissus est. Rediēs aūt

trachea ciuitatē q̄ sataliā uocāt
satalia
Scādalorū d. eius 20000 hominū armare posset
Turcus e caramanū & ottomanū inimicus
hic fuerūt ex peripateticis phis uiri memorabiles

Romam cum ab amicis interrogaretur unde ueniret: Illud Euripidis respondit. Aduento ab imis atque Cęcis inferum te nebris: sed breue tempus superuixit a ruina domus per noctem opressus (ut fit) quod uno superato periculo alterum incurrimus. Xenarchus quem Strabo audiuit non diu domi permansit: Sed Alexandrię & Athenis & Roma electa docēdi uita usque ad senectutem in honore habitus est primum. Arii postea Cęsaris augusti Amicitia usus: Sed paulo ante obitum amisit uisum. Post Calicadnum petra fuit nomīe Picoelam quę scalam habuit ui excisam: qua in Seleuciam ibatur: deinceps alterum anermiuum promontorium & Carambusa insula & Coricus mons & ulterius ad stadia uiginti Coricum antrum: in quo Crocus optimus nascebatur. Antrum autem ingentem quandam concauitatem in orbem ductam uocauerunt: cui labrum petrosum & altum circumiacuit: cum descēderis solum est inęquale ac petrosum & fructuosa: ac semper uirenti & domestica materię plenum adiacēs solum olim Croco satū erat: & ibi specu: quod fontem ingentem habuit purę ac nitentis aquę in flumen exeuntis: quod mox a terra absortum inuisibiliter delatum exit in mare: amaram id aquam uocauerūt. Post Coricum eleusa insula continenti adiacet: quam Archelaus habitauit: & regiam fecit: tota Cilicia Trachea assumpta preter seleuciam sicut prius ab Aminta & a Cleopatra fuerat olim habitata. Nam cum locus terra & mari idoneus esset ad latrocinium satius esse iudicarunt ea loca sub regibus admīstrari: quam sub ducibus. Romanorum qui ad iudicia missi non semper adesse cum armis possent: atque hoc pacto Archelaus Cappadociam & Tracheam Ciliciam assumpsit. Post Eleusam latinus fluuius & uicus eiusdem nominis occurrebat. In excelsis autem Thauri partibus Olympus fuit zeniceti Pyrratę sedes & mons: & Castellum eodem nomine: Ex quo tota Lycia: & Pamphylia & Pysidea cernebat̃. zenicetus capto monte Isaurico: se cū tota domo cōcremauit dignus exitus: q nostri tpis latrones haberet: quādo penitentię spēm nullam faciūt: illius erat

Xenarchus quē Strabo audiuit

amarā id aquā vocauert.

m. cori

fl latin

in tau

m. olip

Corycus: & Phaſilis: & multa Pamphylię loca: quę omnia in Saurici poteſtatem uenerunt. Neque enim diuturna ſunt quę malis artibus acquiruntur. Poſt latinum Soli occurrebant. Ciuitas inſignis alterius Cilicię initium: quę circa Iſſum iacet: Hęc Archiuorum opus fuit: & Rhodiorum qui ex Lyndo uenerunt: hinc Soloeciſmum appellatum exiſtimant: quod Grammaticę artis uicium eſt. Pompeius magnus in hanc hominibus exhauſtam reliquos Pyrratas tranſtulit: quos dignos exiſtimauit ut ſeruarentur: & mutato nomine urbem Pompeiopolim appellauit. hinc fuit Chriſippus phyloſophus ſtoicus ex patre Tharſenſi ortus: qui inde migrauit: & Phylemon poeta Comicus: & Aratus qui de aſtris uerſu conſcripſit: cuius plurima carmina Cicero in latinum uertit. Sequitur zephyrium promontorium eodem nomine quo aliud iuxta Calicadnum. Vlterius Anchiala fuit paulo ſupra mare ſita: Sardanapali opus: ubi Ariſtobolo teſte ſepulchrum eius oſtēdebatur: & lapidea ſtatua: quę dextrę manus digitos committens atq; collidens applaudere uidebatur. Epygramma quoque Aſſyriis ſculptū litteris huiuſmōi aderat. Sardanapalus Anacindaraſſis filius Anchialem & Tharſum una die condidit: ede: bibe: lude: dignum Epythaphium ut Cicero dicit: quod non in hominis ſed in bouis ſepulchro inſcriberetur. Vltra Anchialam munitio fuit nomine Cinda: in qua Macedones Theſauros ſeruabant: quos Eumenes ab Antigno deficiens abſtulit. Vltra hęc & Solos montana ſunt: in quibus Olbi ciuitas erat: quę Iouis templum habuit Aiacis Theucri fratris opus: cuius ſacerdos etiam Tracheę dominabatur. Poſtea Tyranni eam adorti latrocinia conſtituere: quibus ſublatis iterum ſacerdotes principatum obtinuere: uel Teucri uel Aiaces uocati. Aba zenophinus filia unius ex Tyrannis per cognationem in hanc domum ingreſſa principatu potita eſt: quem pater antea procuratorio nomine acceperat. Poſtea Antonius & Cleopatra eum illi cōceſſerūt: obſequiis & cultu deliniti. Sed Aba ſublata principatus ad eos rediit: q ex eodē genere erāt. Poſt Anchialā Cidnus fluuius erūpit in mare iuxta locum cui regma nomen fuit.

Stagnum id erat: in quod Cidnus exit Tharsum perfluens: q supra urbem ex Thauro cadit. Tharsi uero nauale lacus fuit hucusque tota ora a Rhodiorum trãsmarina incipiẽs: ad ęqui noctiales ortus: ab occasu eiusdem nominis extenditur. Postea ad hyemalem ortum conuersa Issum: deinde flexum quẽdam sumit in Austrum usque in Phoeniceam: reliquum occidentem uersus usque ad columnas Herculis. Tharsus in campo iacuit Argiuorum opus: qui Ion quęrentes cum tripolemo errauerunt. Iulius Solinus matrem totius Cilicię Tharsũ appellat: & a Perseo nobilissima Dianę prole conditam dicit. Sardanapallus in Epythaphio quod ante retulimus Tharsi cõditorem se iactauit urbẽ Cidnus mediã perfluebat iuxta Gymnasium Iuniorum: cuius ortus non procul ab urbe fuit. Alueus per profundam uallem recta in urbem ibat aqua rapidissima: ac frigida hominibus ac bestiis quę crassiores neruos haberent auxiliari putabatur. Alexander captus eius amoenitate proiectis armis plenus pulueris: ac sudoris cum in eius undam se proiecisset periculissimum incidit morbum: de quo uix tãdem curatus euasit. Tharsenses adeo philosophię studiosi fuerunt: ut Athenienses & Alexandrinos superarent: uerum indigenę Tharsi discebãt peregrini non multi: nec rursus indigenę domi manebant: sed foris proficiscebantur: & perfecti libenter peregrinabantur: detinebantur autem perpauci. Atheniensibus contra euenit: nam multi eo proficiscebantur: & libenter immorabantur. Indigenę non multi admodum ibi studebant: nec alienas urbes discendi studio quęrebant. Alexandrinis utrunque contigit: nam & multos peregrinos suscipiebant: & e suis non paucos emittebant. Ex Tharso uiri illustres inter Stoicos fuerunt: Antipater Archelaus: & Nestor: & duo Athenodori quorum qui Cordilion dictus est: cum Marco Catone uixit: & apud eum mortuus est. Alter Sandonis filius quem Cananitam a uico quodam dixerunt Cęsaris pręceptor fuit: & in honore maximo apud illum habitus. Ex Academicis. Hestor Tharsensis Marcellum Octauię sororis Cęsaris filium instituit. Pluciades & Diogenes Tharso nati:

tarsi uero nauale lacus fuit //

alexãder se lauant

uiri illustres

per alienas urbes peregrinati sunt: & scholas optime rexerunt. Diogenes etiam poemata in adolescentia composuit: maxima ex parte Tragica. Dionysides optimus Tragedię poeta: & Archemidorus & Diodorus grammatici: ex eadem urbe fuerunt. Sed nullius uiri gloria Tarsum magis extollit: quã Pauli apostoli: qui uocatus a domino segregatus in euangelium doctor gentium factus est: & uas electionis appellatus est: cuius mira fuit eloquẽtia: & diuina doctrina: & ei non solum hebrei sed greci & latini crediderunt. Proxima Tharso Malus fuit Pyramo fluuio (de quo supra diximus) intercurrente Malus in edito loco sita. Amphylochi opus: & Mopsi latonę: & Apollinis auguris: de quibus multa conficta sunt: & quę de Calchãte supradiximus: nonnulli huc trãsferunt: dicuntque Mopsum & Amphylocum ex Troia profectos Malum condidisse: postea Amphylocum Argos digressum: cum Argiuis non placuisset illo rediisse. Sed a regni communicatione exclusum singuli certamine cum Mopso concurrisse: & cum ambo cecidissent: non multum inter se distantes iuxta Pyramum fuisse sepultos. Ex Malbo fuit Crates grãmaticus: qui Panetium phylosophum instituit: ultra hanc oram Halerius iacet campus. per quem Phylotas Alexandri ęquitatum duxit: cum ille Phalangem per oram maritimam: & Mallensem agrum Issum uersus: & Darii copias ex Solis ageret. Hesiodus dicit Amphylocum ab Apolline apud Solos interẽptum: quidam apud Halemnum campum: quidam in Syria. Alexander ei propter cognationem cum Argiuis gentili dementia sacrificauit. Post Malum egeę oppidum succedunt: deinde Amanides portę in quas Amanus mons desinit a Tauro descendens: qui ultra Ciliciam est orientem uersus: semper a Tyrannis occupatus: loca munitissima obtinentibus. Tarco dementus uir memoratu dignus: his locis potitus est: qui ob pręclara facinora Rex a Romanis nuncupatus successionem suis posteris tradidit Post Egeas Issus oppidum fuit statione pręditum: & Pyndus amnis iuxta quẽ Alexander cũ Dario cõflixit: ac uictor percurrit orietẽ. Hic Sinus Issicus ab oppido dictus: & Rhosum

patria sci pauli apostoli

Amanides porte in quas Amanus mons desinit

pindus fl. iuxta quem alexander cum dario cõflixit ac victor percurrit orientem

ciuitatē & Mirriādrū & Alexandriam: & Nicopolim continet: & Mopsi domicilium: & portas quę Cilicum Syrorūq; confinium appellantur: & in ultima Ciliciç terra Dianę Sarpę ubi domę fanum & oraculum fuit: ubi demonibus arrepti responsa dabant. In Syria uero prima ciuitas fuit: Seleucia Pierię iuxta quam orōtes exonerabatur. Ex Seleucia usque Solos recta nauigatione stadia circiter mille computarunt. Sunt qui arbitrantur Cilices Troianos: quorum Homerus meminit: horum Cilicum auctores fuisse: de quibus nunc actum est: quanuis ab illis plurimum distent: quidam econtra censent. Nos suam cuique sententiam relinquimus. Ciliciam campestrem Caranianus obtinet: qui secundo in honore apud Turcos habetur. Is etiam minoris Armęnię: & Cappadocię partem possidet: quadraginta millia armatorum cum necessitas ingruit in campis habens. Is qui modo regnat Abraam nomine saepe nostris precessoribus & nobis scripsit auxilia contra octauianum petens: cui inimicus est quāuis in cultu mahumeti cōsentiat. Reliqua quę extra Taurum in Asia sunt Octauianus habet: exceptis quę Scandalari dominus possidet. Hactenus de Cilicia & Asia: quam minorem diximus. Sed quoniam Cyprus ei ad Austrum iacet de hac simul agendum est: qua peragnita finis erit Asiaticę descriptionis. Cyprus inter maiores nostri maris insulas locum sibi uendicat: cuius septentrionales partes Trachee Ciliciç opposite sunt: ibique continenti proxima est: Orientales Issico sinui: occidentales Pamphylicum alluit pelagus Australes ęgyptium. Ambitus insulę trium millium & q̄drin-gentorum: ac uiginti stadiorū sinū se inferē ti dicit̄. Lōgitudo a clidibus in achamātē pedestri itinere mille & q̄dringētorum ab oriente in occidētē ꝑgredieti Clides duas isulas uocauerūt: ad oriētales partes ante Cyprū sitę: quę a Pyramo stadiis distat septingētis. Achamas ꝓmontoriū est siluosum: quod duarum mamillarū speciem p̄bet: & in occidentalibus insulę ptibus situm tendit ad acqlonem Trachee Ciliciç ꝓximū: tota isulę figura pte altera lōgior est. Cromiu ꝓmontoriū a Nemurio Ciliciç Trachee ꝓmōtorio per trecentorū et quīquagīta stadiorū



opponitur interuallum a Cromio usque Clidas recta nauigati
one stadia septingenta insunt: insulam ad dextrã continẽtem:
ad sinistram habenti in hoc spacio Lapatus ciuitas fuit: statio
ne prędita ac naualibus laconum & Praxandri opus: & iuxta
eam agidus: & Amphrodisium: atque ibi insula angustissima
nam septuaginta stadiorum interuallo: ad Salaminam transi
tur: Deinde Achiuorum acta: quo primum appulisse aiunt:
Theucrum a patre Telamone pulsum: qui Salaminam in Cy
pro condidit. Postea Carpasia ciuitas quę portum habuit cir
ca Sarpedonem promontorium sita. Deinceps mons & pro
montorium: cuius summitas Olympus dicitur: In quo uene
ris Arceę tẽplum fuit: quod nec adire nec uidere mulieribus
licuit. In fronte Clides & alię complures insulę fuere: post a
Carpasię & ultra eas Salamis: unde fuit Aristus historicus: ul
terius Arsinoe ciuitas: & portas & promontorium pedalium:
cui collis altus: & asper imminet: mensę cuiusdam figuram pręe
bẽs gẽtili more olim ueneri sacer a Clidis sexcentis: & octuagin
ta stadiis distans. Postea Sinuosa quędam: & aspera prętere
uigatio: qua cetium iter erat: ciuitatem clauso portu prędita
Ex qua zeno fuit Stoicę sectę auctor: & Apollonius medi
cus: Ex quo loco usque Beritum stadia mille & quingenta
computauere. Deinde Amatus ciuitas: & inter medio
oppidum nomine Palea: & olympus mons: qui mamillę spe
ciem prębuit: & Curias peninsularis & Curium urbs ab Argi
uis condita: quę stationem habuit in occidentali parte insulę
quę Rhodum respicit. Postea promontorium est: unde iaci
ebantur qui Apollinis aram contigissent: tanta erat apud cęcã
gentilitatem: non dei sed demonis reuerentia. Vltra promon
torium Creta fuit: & Bonsura: & Palepaphus ad decem sta
dia supra mare sita: quę stationem habuit: & Antiquum ue
neris Papheę tẽplũ: subinde zephyria promõtoriũ: & altera Arsi
noe cũ statione & tẽplo & luco: & nõ procul a mari Hierocepia
& Paphus ab Agapenore cõdita: q̃ portũ habuit: & tẽpla optie
cõstructa: distãs a Palepapho itinere pedestri stadiis sexaginta

In qua uia uiri ſimul ac mulieres ex omnibus urbibus conflu
entes feſta quotannis celebrabant :quidam dixerunt Paphum
ab Alexandria diſtare per tria millia & ſexcenta ſtadia : adhuc
urbs extat & epiſcopum habet:quem nos creauimus . poſt Pa
phum eſt Achamas promōtoriū:unde īcipit in orientē nauiga
tio:deinde Solus quę portum habuit:& flumen & ueneris : &
Iſidis delubrum Phalerus & Achamas. Athenienſes eam con
diderunt:Incolę Solii dicebantur:& fortaſſe ab his Soloeciſ
mus nomē accepit:quis in cilicia eiuſdē nominis ciuitas fuerit:
cui hoc tribuitur:hinc fuit Staſanor Alexandri ſodalis :uir qui
principatum meruit. Vlterius in mediterranea ciuitas linnenia
fuit:cui proximum erat Cromii promontorium : unde circun
nauigationem incheauimus. Hęc fuerunt antiquarum urbium
nomina:hodie metropolis & regia eſt Nicoſia quę noſtris tē
poribus magnas calamitates pertulit. Eſt & famaguſta : quam
Genuenſes obtinent:& Paphus de qua dictum eſt:ubi Nimo
ſienſis epiſcopatus eſt : turris quędam extat: & eccleſia di
ruta uulgo limiſſum uocant. Atraclenſis ciuitas in mediterra
neis fuit:nunc deſtructa eſt:quanuis habet epiſcopum: qui uil
lis aliquibus pręeſt. Sunt & oppida quędam non contemnēda
Inter quę Cerines nominantur:In quo Ludouicus rex obſidi
onem perpeſſus eſt. Stadiis quattuor ab oppido mons eſt : &
in eo caput ſancti Hylarionis cuſtoditur:e regione Cilicię : ne
procul hinc monaſterium gręcorum: in quo ſancti Epyfanii
corpus miraculis claret. Inter Paphum & Limiſſum caſtellum
eſt munitum nomine Coloſus a Rhodiis cuſtoditum:ubi cu
curbitę naſcuntur ingentes: de quibus picatis efficiunt dolia:
Inſula ferme tota auſtralior eſt Paralello:q per Rhodū ducit
uirtute nulla inſularum inferior:nam & uino abundat & oleo:
frumenti quoque ſatis habet:ęris etiam metalla in ea fuerunt in
qbus uitriolū & rubigo ęris naſcebat:ad medicinę uſū idonea
Cannamellis multa in Cypro reperitur:ex qua zucharum exco
quitur: Ex pilis quoque Caprarū pānus cōficit: cui zſambelo
to noſtra ętas nomē dedit:mltas res īſula ad alias gētes mittit:

de insula cypri // multa

ibi caput sci hilarionis
sci epifanij corpus

ex quibus lucra non pauca redundant: alienis non mulu͠ ege Sed aerem parum salubrem habet. Tota insula delitiis incumbit: Foeminę admodum lasciuę sunt. Trogus auctor est consuesse Cyprios uirgines suas priusquam nuptui traderent exteris nautis insulam petentibus offerre prostitutasque demum uiris dare: ut non ab re sacram ueneri Cyprum dixerit antiquitas: In initio per singulas urbes Tyranni fuerunt. Sed postquā Pholomaici ęgypto potiti sunt. Cyprus etiam fauentibus Romanis in eorum ditionem concessit. Postremus Ptholomęus cum ingratus erga bene mętentes inuentus esset sublatus est: & Romani insulam occuparunt: & prouintiam prętoriam fecerūt: tollēdi regis auctor fuit. P. claudius pulcher: qui a Pyratis cilicibus captus imperato sibi redēptionis precio misit ad regem ut se redimeret. Ille precium adeo exiguum remisit: ut Pyratę id accipere recusauerūt. Publiumque sine precio dimiserint: qui liberatus gratiam utrisque retulit. Nam creatus plebis tribunus euicit: ut. M. Cato in Cyprum mitteretur: eam a rege ablaturus. Ptholomęus re intellecta seipsum interfecit. Cato insulam accepit: & regis opibus uenundatis pecuniam in publicum ęrrarium detulit. Cyprus diu postea prouintia fuit: quamuis paruo tempore interiecto. Antonius eam cleopatrę & sorori eius Arsinoe tradiderit. Sed breui omnia eius acta rescissa sunt: postquam manus sibi consciuerit: antiqua hęc sunt & noua digna relatu: quę paucis absoluemus.

yprus cadentibus rebus Romanis diu sub imperio gręcorum fuit: qui post Constantinum apud Byzantium regnauere. Ricardus Anglię rex grecos ex insula deiecit cum Hierosolimam Classe petens: eo tempestate delatus portu prohiberetur: Indignatus enim arma quę in saracenos parauerat in grecos uertit: eisque insulam abstulit: Spoliatamque firmo suorum presidio cōmunitam reliquit: nec diu postea Guidoni lusimano genere Gallico: qui de Hierosolimitano regno contendebat: eam permisit: quam ille ab Anglico acceptā sibi & posteris suis usqꝫ ī hęc tpa obtinuit. post uarias successiōes regnū ad duos frēs puenit: quorū alter noīe Petrus

Classe instructa cum Catelanis ac gallicis Alexandriam ęgy-
ptiorum inuasit: Ingressusque urbem mediam diripuit: & quã
uis occurrẽtibus maximis ęgyptiorum copiis fugę se cõmise
rit. Ingentem tamen prędam & ditissima spolia reportauit: nec
diu postea a fratre interfectus est. Nulla enim sancta reperitur
regni societas: Cruẽtus fraterno sanguine rex constituitur: sed
neque ei longa quies fuit: neque impune cessit parricidium. nã
cum solenne conuiuium instituisset: quod annis singulis in-
struere mos erat Ingens Calamitas obtigit. Inuitati Genuen
sium ac uenetorum mercatorum iudices quos baiulos appel-
lant: magna inter sese contentione de priori consessu certa
re coeperunt. Cumque rex uenetis propensior uideretur: in
dignati Genuenses armis suam dignitatem retinere statue-
runt: atque in regiis tectis sub ueste gladiis profecti sunt. quod
intelligentes uenetorum primores: regem adeunt: atque insidi-
as suo capiti paratas dicunt. Et idcirco iuuentutem Genuensiũ
armatam intrasse palatium: Rex missis euestigio qui rem in-
quirant: inuentos cum armis Genuenses in sublimem palatii
locum rapi iubet: atque ex altissimis fenestris in forum pręci-
pitari: Satuta militum coborte: quę lanceis atque gladiis caden
tes exciperet tantum maligna potuit accusatio. Reliqui etiam
per Cyprum commorantes Genuenses perquisiti ac necati sũt
ita ut uix unus ex tanta Clade superfuerit: qui rem gestam in
patriam renuntiaret. Accepit tamen dux Genuensium ac sena-
tus paulopost Atrocem suorum ciuium iniuriam: atque in ul
tionem erectus: intra quadraginta dies potẽtissimam Classem
armauit: & in Cyprum misit: cuius aduẽtus eodem fere tem
pore: & uisus est et auditus. Trugosius: q Classi pręfectus erat
expositis in terram copiis: mox nicosiam profectus ęgre de-
fensam cępit breuique regem ac reginam: & uniuersam insulã
in potestatem suam redegit: & interfectis nephandi consilii au
ctoribus ingẽti ditatus pręda: maiori cum gloria & breuiori tẽ
pore q̃ speraretur domum rediit. Rex cum cõiuge aliquandiu
in carcere seruatus est: & regina pręgnans in captiuitate peperit:
tandem uenia regi data est: & regnum tributarium factum: &

96

urbs nobilissima totius Cypri Emporiū famagusta de regno recepta Genuensi populo applicata portu & uectigalibus diues. Puerū regi natū Ianum appellauere: quod in genua natus esset: quam nostra ętas Ianuam uocat. Aduersus hunc cum patri successisset in ultionem direptę. Alexādrię soldanus ęgypti Melchella ualidissimam classem transmisit: quę ueluti tempestas horrida cūcta corrupit. Cyprios occurrere ausos prostrauit in campo: Ianum regem captiuum adduxit. Nicosiam regni caput diripuit: ecclesias incendit: & omnē ferme populum rapuit in seruitutem: uacuas urbes & insulam pene solum reliquit. Rex postea centum & uigintiquinque millibus aureis redemptus: & Tributarius ęgyptiorum factus in regnum rediit: Sed dum insulam ęgyptii spoliarent: & eorum nauigia paucis custodibus seruarentur in littore nauis ueneta: quę peregrinos quot annis Hierosolymam uehit: uoto peracto rediens huc applicuit: & paulopost sex Catelanorum naues aduentarunt: quarum patroni uenetum allocuti ei suaserunt ut signa deponeret: simulque classem ęgyptiam aggrederetur futurum ut opitulēta spolia referret: paruit uenetus: sed inter noctis tenebras Catelanis mutato consilio dilapsis: redeuntes in ortu lucis: ad littus ęgyptii nauem uenetam solam: & sine signo inuentam adoriuntur: ac breui expugnant iubentque peregrinos: qui aderant si uiuere uelint erectis digitis christum negare. mira uirtus nemo repertus est: qui pluris uitam quam fidem fecerit: ob quam rem uiri triginta: qui prelio superfuerant uincti deponuntur in littore: atque ibi lapidibus cęsi: & obruti usque ad ultimū spiritum christo benedixerunt. Foelix exitus: & optimo cuique optandus. Foeminas in captiuitatē ductas apud Alexandriam ueneti mercatores redemerunt: inter quas una ex nostratibus fuit Corsiniani nata: uidua: & sancta mulier: quę domum reuersa: hęc nobis a se uisa narrauit. Ianus per tot aduersa uitā agens: tandem relicto filio impubere Ioanne mortem obiit. Filius īter foeminas educatus cum uirilem ętatem attigisset: mulierem se magis quam uirum ostendit: inter ępulas: atque delitias languens semper sub tutoribus & curatoribus uixit: uxorē

tamen duxit ex familia montisferrati: quę ubi ĩ Cyprum uenit peractis nuptiis siue aeris intemperie: siue ut fama fuit ueneno extĩcta est: & comitatus eius pene uniuersus interiit: nec postea repertus est ex occidentalibus regibus qui suam sibi familiam despondere uellet. Ad gręcos igitur itum: & in Pelopõneso q̄sita coniunx: ex Paleologorum prosapia Helena nomine ingeniosa & cordata mulier: uerum gręca instituta perfidia latinis inimica sacris: & Romanę hostis ecclesię. Quę ubi consũmato matrimonio uiri uecordiam cognouit: non tam reginam quã regem egit: regnum ipsa gubernauit: magistratus deposuit atque instituit. Sacerdotia pro suo arbitrio ordinauit: & eliminato latino ritu gręcanicum superinduxit. belli pacisq; leges dixit uiro satis fuit: conuiuari delitiisque affluere: atque in hunc modum uniuersa insula in potestatem gręcorum rediit. Potentissima apud reginam nutrix eius fuit: & apud nutricem filius: apud quẽ summa regni esse uidebatur. Cũ is matrẽ: mater reginam: Regina regem regeret: Ioanni ex concubina Iacobus natus est: Magni spiritus adolescens ex coniuge karlotam tantum suscepit: quę postquam adoleuit Ioanni regis portus Gallię patrueli nupsit. Vir eius cõsensu procerum in regnum accersitus est: qui uiuente socero rem administraret. Iã enim muliebris regiminis non minus tedebat populum quã pudebat. Aduentante igitur Ioanne celebratisque nuptiis cuncta in eius manu posita sunt: & forma regiminis correcta: diuina & humana reformata negocia: Romanus ecclesię ritus instauratus: Reginę ac nutrici adempta potestas: Nutricis filius noui principis faciem ueritus famagustum concessit: quo ex loco matri suasit: ut si se cum filio saluam uellet Ioannem ueneno extingueret: quo uiuo sperare uitam ipsa non posset: nec surdo cantata fabula est. Venefica mulier consentiente regina ut fama est nobilissimum principem toxico sustulit: atque ita priores illecebrę & damnata Helenę imperia redierunt. Filiusquoque nutricis gloriabundus ex famagusta rediens: quasi dominus & rerum omnium moderator receptus est. Qui karlotam ludibrio habens multis eam cõtumeliis affecit: illa ad fratrem

confugiens ſuas cōqueſta calamitates opem petiit. Iacobus nō
tam ſororis gratia quam regni ſibi parandi gręculum cunctis
inſultantem ſua manu interfecit: coepitque cū amicis id agere
ut rex appellaretur: quod iam pridem in animo geſſerat: ut pri-
mum enim ſapere aliquid coepit: uidens patrem mentis inopē
ex matrimonio uirili prole carere ad regnū aſpirauit. Indignū
exiſtimans: aut ſororem ſibi: aut ſororis uirum pręferri. Quod
preſagiens Helena uiro perſuaſerat: ut filiū regni cupidum ex-
tra matrimonium natum: eccleſię traderet: ac ſacris ordinibus
iniciaret: ſic futurā ut regnandi ſpem poneret. Vacua per id tē
poris paſtoris regimine eccleſia Nicoſienſis erat. Hanc igitur
Iacobo ſpondent: poſtularique pręſulem curant: atque in poſ-
ſeſſionem deducunt: quod Romana eccleſia nunquam ratū
habuit: Sed poſt gręculi cędem regina & nutrix aduerſus Iaco
bum inſurgentes: eum urbe regia pepulerunt: ille apud iudicem
uenetorum aliquandiu latitans: tandem apparato nauigio con
ceſſit in Rhodum: quo in loco non ſine honore habitus eſt:
Interim karlota ſuaſu matris ac procerum Ludouico Sabau-
dię ducis filio nubit: eumq; quā celerrime ad ſe proficiſci hor
tatur. Medio tempore Iacobus ſpe regni amiſſa per amicos a
pud Nicolaum pontificem maximum inſtat: ut eccleſię Nico
ſiēſi pręficiatur: Sed Helena & karlota cōtra nituntur negantq;
ſanguinarium hominem & qui regnum ſeditionibus agitet in
eccleſię militia recipiendum: litterę caſu a Iacobo intercipiun
tur: qui contractata amicorum non parua manu in Cyprum na
uigans: clam regiam urbem ingreditur: eorumquę domos adi
ens: quos ſibi norat infenſos cunctos interficit: bona inter ami
cos partitur: & tanquam uictor in ciuitate moratur. Regina in
terim moritur: & paulopoſt rex uir muliere corruptior: quan-
uis forma & habitu corporis regio dignus honore uideretur.
Sed quam erat exteriori decoris ſpecię: tam fuit ignauus: & tur
pis animus: Inter hęc turbato multiſariam regno accerſitus:
crebrioribus nūtiis Ludouicuſ apud uenetias claſſe parata in
Cyprum nauigat: magnoque omnium applauſu ac fauore rex
appellatur. Iacobus eius aduentum haud quaquam expectare

nota orationem factam per Iacobum ad Soldanum.

ausus: consilio & ope ut aiunt Marci corari potentis amici: qui sibi nauigium concessit: cum amicis ferme centum in Alexandriam nauigauit. Soldanum quamprimum liceret conuenturus: eiusque opem imploraturus. Soldanus missis obuiam primoribus suę curię eum ad se q̃ celerrime uenire iussit: & magnis honoribus uenientem accepit: qui ut in conspectu datus est: Supplex ĩquit ad te cõfugio regũ maxime atque potẽtissime. Tu mihi dominus es: & ut clementia tua spõdet adiutor & tutor eris. Iohannes pater meus: qui tibi quot annis tributum pendebat: Superioribus diebus e uita decessit: nec pręter me uirilem sobolem reliquit. Soror mea uirum sibi ex Gallis accersiuit: eum Cypri regem susceperunt: me post habito: quem regnare par fuerat. Sed tuum est regnum Cypri: tuum est diffinire quem regnare oporteat. Natura masculis non foeminis imperium dedit: nec ęquitas permittit regum filios extraneis cedere. Respice oro fortunam meam: nec me rege natum: regno priuari sinas: paternam hereditatem a te postulo: qui meus iudex es: nisi causam meam suscipis: exul a patria: regius sanguis mendicabo panem. Indigna hęc tuo nomini iniuretur mota: qui subditorum iustas causas non defenderis: nec e re tua fuerit: me repulso: cuius maiores seruire tibi didicerunt. Galli cum hominem Cypriorum regno pręesse. Nosti superbiam gentis: & quanta ęgyptiorum imperio attulerit Gallorum classes incommoda. nunquam Alexandria: aut alię maritimę urbes pacẽ habebunt tenentibus Cyprum occidentalibus regibus. Quod si me foueas tã tua Cyprus quam ęgyptus erit: nec tu difficilem rem credideris paternum atque auitum regnum mihi restituere. multi sunt qui meis rebus studẽt: nec aliud optant quam tuo fauore preditum: me redeuntem cernere. Parua me classis in solium paternum collocauit. satis amicis meis fuerit tua signa uidisse: & tuis auspitiis bellum geri. cętera ipsi expedient: nec dubita breui me seruum tuum Cypri regem uidebis: tantum facito: ut te uelle intelligam. Mouerunt ea uerba: non Soldani modo: Sed omnium qui aderant animum: nec quisquam fuit: qui nõ indigna pati adolescẽtem

arbitraretur:eique ſubueniendum exiſtimaret. Erat enim Iaco
bus duos & uiginti natus annos:forma egregia:& ſtatura cor/
poris patri perquam ſimilis uerum animi dotibus: & eloquen
tia longe diſpar. Placuit igitur ſubuenire ſupplici:moxque re
giis ornamentis allatis Iacobus ueſte purpurea indutus:cęteris
que inſignibus adornatus: quibus regibus uti mos eſt. In con
ſpectu Soldani:& omnium procerum rex declaratur:ac per ur
bem circunductus pręcipuis honoribus cumulatus eſt claſſe
decreta: quę illum mox in Cyprum ueberat:prius tamen litte
rę in hanc ſententiam Soldani nomine ad Ludouicum ſcriptę
ſunt. uenisti ad occiduis partibus: ut alienum regnum in orien
ti inuaderes:ac paterna hereditate filium exueres:uana eſt cogi
tatio tua. Cyprus mihi uectigalis eſt:& meum de rege iudica
re niſi quamprimum abieris ęgyptio peribis gladio. Si uxor ti
bi cordi eſt:poteſtatem facio:ut eam tecum auferas. Si tamen
prius receſſeris:quam ſecundo monearis: his acceptis toto re/
gno trepidatum eſt. Ingenſque meror omnium mentes perſua
ſit: cum neque Soldani iuſſibus reſiſtere poſſent : neque ſine
turpitudine obedire. Poſtremo cum remedium nullum aliud
inuenirent:Legatos ad Soldanum mittere placuit: qui eius mē
tem lenirent:miſerunt & ſimul Rhodii uiros ex religione pri/
marios: qui apud Cairum conuento Soldano Ludouici cau/
ſam humilibus uerbis defendere conati ſunt. Nil eum de iure
Soldani ablaturum ueniſſe dicentes Iohannem Cypri regem
karlotam filiam unicam ex matrimonio ſuſcepiſſe: quam ſe
cundum Chriſtianas leges reliquiſſet heredem. Iacobo ex con
cubina nato : regnū neq̄q̄ deberi maritū ꝑ cōiuge Corone iura
ſortiri hortari:ne regni cōſuetudíes cōfūderet:neue Chriſtiāis
chriſtiana inter ſe iura negaret. Ludouicū Soldano ī omne tp̄s
amicū futurū tributūq; ſuis tp̄ibus preſtaturū. Iacoboq; decē
millia aureorum ſingulis āniis quoad uiueret traditurum. Res
diu in conſilio apud Soldanum agitata eſt:& iam eo uentum
erat:ut poſtulata Ludouici admitterentur:triginta millibus au
reis ſupadiectis hanc enim ſummam loco impēſarū Soldanus

exposcebat : nec Ludouicus pro redimenda pace abnuebat. Sed ambiens Iacobus: mō istos: mō illos amicos : ac Soldani fidē accusans: qui se paulo āte regē declaratū desereret. Gallicę que perfidię proderet. Purpuratos quosque in curia potentes hortabatur: ut Soldano suggerent: ne Gallicis oratoribus au scultaret: neue se semel in fide relīqueret. Aderat ei Soldani fi/ lius ęqualis ętatis: q eius fortunę miserabatur. Aderant & tres mamaluchi in pallatio potētes: qui precibus assiduis Iacobum commendabant. Sed parum eorum conamina ualuissent: nisi Mahumetis Turcorum imperatoribus legatus opportuno in tempore affuisset: qui uerba huiusmodi habuisse fertur. Ac/ cepit amicus tuus Turcorum imperator Mahumetes te Iaco/ bum Cypri regem appellasse : eumque in patrium regnum sta tuisse restituere: digna res: quę de tuo solio maneret & nostrę religioni accommoda. Sed renunciatum postea est: te mutato consilio pacem cum rege Gallico pacisci: & quem iuuare coe pisti uelle deserere: tanquam ignores quanto persequatur odio gentem nostram Gallicus sanguis : neque Gotfridi: Balduui/ niue : aut aliorum eiusce gentis facta menti teneas : qui sępe maiores nostros magnis cladibus afflixerūt. Vide quid agas Si pax tibi cū gallico genere cordi est: cū nostro bellū expecta: nec tibi cū solis Turcis īimicitias futuras putes. Aegyptii Syrii & Arabes: qbus prees summo te odio prosequentur : nec tuus tibi filius hęrebit: qui religionem nostram Gallicano sangui/ ni pdideris: quid si promissā fidē Iacobo seruaueris: classem que pararis in Cyprios. Mahumetes quoque alteram parabit in Rhodios: & utriusque insulę spolia tua erunt: solum tan tum insulę Rhodię Mahumetes sibi seruatum cupit. Placue runt Soldano Turci oblata: atque in eius postulata consensit. Apparata est e uestigio classis: & Iacobus cum magna militū manu in ea uectus Cyprum appulit : non tulerunt eius impe/ tum Galli : quanuis Rhodios adiutores haberent : neque au si apud Nicosiam expectare in castellum quod Cernes ap/ pellatur sese receperunt. Iacobus reliquis omnibus in potestatē

receptis: obſidionem aliquandiu circa caſtellum tenuit. Deinde ſpe ponunde munitionis depoſita dimiſſis cuſtodibus: qui Gallos ab incurſione probiberent. Nicoſiam reuerſus ad reformationem regni ſe conuertit: Legatoſque ad uos miſit: qui multa peterent: faciem boneſtatis babentia. Sed reuera nil aliud quęrebat quam Chriſtiani regis apud ſedem apoſtolicã nomen uſurpare: Sed contra illi euenit quam putabat: neque enim oratores ſuos tanquam regios admiſimus: cum accepiſſemus eum Soldano ęgypti: eo tempore quo regnum ab eo ſuſcepit turpiſſimum iuramentum pręſtitiſſe. Adiurato enim quadragies deo ut accepimus: ſic ait p deũ magnum & altum miſericordem: & benignum formatorem cęli & terrę: & omnium quę in eis ſunt: & per ſancta bęc euangelia per ſanctum baptiſma: par ſanctum Iobannem baptiſtam: atque omnes ſanctos: & per fidem Chriſtianorum promitto & iuro quod omnia quę nouero aperta erunt domino meo altiſſimo Soldano ęgypti: & totius Arabię imperatori. Aleſſerapbo aſnali: cuius regnum deus fortificet: ero amicus amicorum ſuorum: & inimicorum inimicus. Nibil eum cęlabo: neque Pyrratas in regno meo patiar: neque bis uictum aut auxilium dabo. ęgyptios qui meo in regno ſeruiunt emam: & libertate donabo: auri quinque millia mimum in kalendis ſeptembris: aut octobris tributi nomine in tẽplis altiſſimis Hieruſalem & Lamecb ſingulis annis offeram. Coloſſeos probibebo: nec Pyrratis arma miniſtrent: quecunque digna cognitu nouiter emerſerint: Soldano renuntiabo: In iuſticia & ueritate paedami: nibil mea in parte fraudulentum erit: quod ſi aliquid borum neglexerim: ero apoſtata & mandatorum ſancti euangelii Cbriſtianęque fidei pręuaricator: dicam euangelium falſum eſſe: negabo cbriſtum uiuere: & matrem eius Mariam uirginem fuiſſe: ſuper fonte baptiſmatis Camelum interficiam: & altaris pręſbyteros maledicam: diuinitatem negabo: & Illeſum nuntium bumanitatem adorabo. Super altari cum iudea fornicabor: & ſanctorum patrum maledictiones omnes in me recipiam. Hoc

legatos misos ad S. p.

turpissimum iuramentum

Iuramentũ i ſcript redactũ legati rodiorũ ad nos detulerũt ita Iacobũ ap karium ſoldano iuraſſe

Iuramentum in ſcriptis redactum : & ex Arabica lingua in latinam traductum : Legati Rhodiorum uiri pręſtantes ad nos detulerunt aſſerentes certiſſimum eſſe : Ita Iacobum apud Cairum Soldano iuraſſe: propter quam rem oratores eius multum increpatos abſque honore remiſimus. karlota interim quę Rhodum petierat comparatis aliquibus auxiliis cum noua militum manu quam ſocer ex Sabaudia miſerat ad uirum quem Cypri reliquerat apud Cęrinem rediit : eo propoſito ut Nicoſiam peteret : non parua ſpe freta recuperandi regni Iacobus conſiliis eius exploratis iter intercipit : conſertoque proelio multos Gallorum interficit : reliquos in caſtellum repellit : quo in loco uſque in hanc diem Ludouicus obſidionis incommoda fert : reliquę partes inſulę Iacobo tanquam regi parent : excepto Coloſſi oppido : quod Rhodii tenent : & Famaguſta quam Genuenſium eſſe diximus. karlota uiro apud Cerinem dimiſſo Rhodum contendit : & deinde plena calamitatis ad nos nauigauit : ſibi & uiro ut conſuleremus non ſine lachrymis orans : nam & ipſa multa in mari aduerſa pertulerat : nos qua potuimus humanitate prudentem ſane & cordatam foeminam conſolati ſumus. Vinum & triticum quod regi mitteretur obſeſſo apud Ancona obtulimus: & ſibi quę omnium rerum erat indigua equos & mulos coemimus : & uiaticũ dedimus: quo ĩ Sabaudiã ut reginã deceret ꝓficiſceret ad ſocerũ: auxilia quoq; polliciti : quibus in regnum reſtitui poſſet ſi noſtris conſiliis uteretur. Facile nanque exulibus regibus commiſereri ſcimus. Sed digna dei ultio. Nam cum nos apud Mantuam conuentum ageremus: regesque hortaremur : ut in tutelam regionis aſſurgerent : neque hinc Turcos : Inde Saracenos in chriſtianos ſeuire permitterent. Huius Ludouici pater qui multa promiſerat Inter primos repertus eſt : qui Orthodoxę fidei auxilium negauere. Ipſe quoque Ludouicus adoleſcens : cum per padum nauigaret eſſetque Mantuę propinquus in eo loco ubi Mintius Pado miſcetur : haud quaq̃ dignatus eſt nos uiſere: aut noſtrã benedictionem

exposcere quibus ex rebus sępe oratores Sabaudienses allocu
ti eorum facta dānauimus :futurumq; diximus ut in poenam
eorum quę pater faceret filius regnum amitteret : frustraque
opem ab aliis peteret: quam suus pater negasset ecclesie:sicut
postea cum magno religionis damno secutum est. Hęc habu
imus quę de Cypro diceremus. Aliquanto longius quā con-
sueuimus propter historiam nostri temporis : que non:uide-
batur negligenda : quod etiam in aliis locis facturi sumus:ubi
nostra ętas aliquod habuerit memoratu dignum. Soldanus
suam esse Cyprum dicit : & Rhodum propter Hierusalem :
de cuius regno has insulas esse putant : & cum ipse Hierosoli-
mam possideat : ad eas quoque ius sibi competere arbitratur.
Turcorum imperator de Cypro nihil aduersatur. Rhodum
uero sui iuris esse contendit: qui uicina incontinenti littora ob
tinet. Antiqui & Rhodum & Cyprum Asię tradiderunt :qui
bus nulla continens propinquior est. Nam Rhodus Carię Ci
licię Cyprus obicitur : quę Asię partes existunt. Asiam ip
sam minorem qui primo coluerint non satis certum est : qui-
dam Indigenas putant : nos ex Syria primos cultores aduenis
se arbitramur: quando ex unis parentibus omnes originem du
cimus. Illi uero in terrestri paradiso creati : atque illinc eiecti
in Damasceno primum agro locati sunt : Indeque genus hu-
manum nisi Armęnica magis origo alicui placeat : quia in Ar
ca Noe seruata sit humana caro : & illa in montibus Armęnię
cessante diluuio requieuerit : unde rursus propagati homines
ad colendas prouintias exierint: Sed omnes ab Adam progna
ti sunt:qui filios Noe sui generis auctorem faciūt. Ante Tro
ianum bellum cultores Asię inter primos memorantur Cauco
nes:quos alii Pelasgos alii Scythas fuisse tradunt : hos Bebri-
ces e Bithynia pepulerunt. Bebrices Mariandrini cum Paphla
gones ex quibus Mariandini exiuerunt : & Eneti. Nobilis Pa
phlagonum natio Migdones Olympi cultores qua Boream
respicit :& Doliones inter Rhindacum habitantes & Esapum

& Mysi qui ex Mysia profecti sunt. Europęa apud Danubium sita: & Lydi qui & Meones appellati sunt: & antiquiores: quam Mysii creduntur: & ab aliquibus Mysorum patres existimati sunt. Asięque indigenę: & Leleges qui per insulas habitantes sub Minoe Cretensi fuerunt: postea in continẽtem Asię migrantes Australe inde latus usque Assum: & deinde usque ad Caicum & Hermum oram maritimam tenuere: & Cares qui prius Leleges esse putantur & insulares: postremo terrestres facti apud Meandrum sedes obtinuere. & Phryges qui ex Tracia profecti Primo Sangarii ripas habitauere: Deinde ad orientem mediterraneam petierunt. & Lycii qui prius non procul ab Ilio sortiti sedes in duos diuisi principatus: denique ultra Thaurum migrasse creduntur. & Teucri quos alii ex Cręta alii ex Attica ortos existimarunt: & circa Amaxicum habitauerunt. & Cilices qui sub Hectore fuerũt Thebam colentes Ilio proximi: quo deleto Thaurum transiuere. & Dardani sub Aenea: & Antenore constituti Idę Acolę. & Cetii prope Caicum sub Euripillo militantes. & Pelasgi qui Larissam Cumanam prius coluere gens ab origine Thessalica: quę postea multum creuit: & tamen cito defecit: & Solium in mediterranea supra Cares ad Thaurum habitantes. & Leucosiri ultra Halim in ponto collocati & Amazones quę Themiscirę campos incoluere. & Calybes qui montes Pharnatię & Trapezunti uiuos insederunt: omnes huiuscemodi gentes. ante bellum Troianum in Asia fuisse traduntur.
De Lycaonibus: & Cappadocibus: & Cathaonibus: & Armęniis: & Pamphyliis: & Pisidibus: & Isauriis: & Tracibus: qui Cimerii fuerunt: & Magnetes deleuerunt: & aliis compluribus incertum est: Aeoles: & Iones: & Dares: & Macedones: & Gallatas nemo dubitat post cladem Iliacam in Asiam peruenisse: quę frequenter externo subiecta imperio: aut raro: aut nunquam regem pertulit in armis clarum: cuius uetusta origo Asiatica fuerit: siue quod imbelle genus hominum fa-

cile iugum subiit siue quod regionis ubertas externos reges ad eam acquirendam summis conatibus attraxit. Nam priusquam Troia Grecorum armis rueret: multi Asiani externi reges inuaserunt. Iuppiter siue Cretensis fuit: siue ut alii uolunt Aegyptius Asie imperium adeptus est: & Hercules ille primus: & Dionysius quem Bacchum uocauerunt: & Osyris quem cum superioribus: stulta Aegyptus tanquam deum coluit. Sesostris quoque rex Aegypti Asiam sibi subiecit: & Idam Tyrsus Scytharum rex qui sibi successoribus suis per mille & quingentos annos uectigalem Asiam fecisse traditur: & Amazones Scytharum Soboles: magnam sibi Asie partem uendicauerunt: & Ninus rex Asiriorum usque ad Hellespotum cum exercitu peruenit omnemque Asiam domuit: que & sibi & successoribus usque ad Theutamum paruit: sub quo Troianum bellum exortum est. Theutamus autem per Legatos a Priamo requisitus Memnonem Thitoni filium cũ decem millibus Aethiopum & totidem Susanis: ac ducentis curribus in auxilium misit: cum amplius mille annis Asia sub Asyriis fuisset: Hercules etiam Alemene filius Troiam depopulatus est. Sed neque Hercules: neque Agamennon in Asia imperium continuarunt: qui habita uictoria in uarias regiones dispersi sunt: quemadmodum & Cymmerii: qui multas in Asia ciuitates desertarunt: nec totam Asiam occuparunt: sicut neque Iasonis sotii: quanuis aliqua loca obtinuerint post Troiam deletam: Lydorũ res magne fuerunt: apud quos Mydas giges & Aliates & Croesus rerum potiti sunt: deinde Persę horũ imperium deleuere: qui usq; in greciã penetrarunt. Persas uero Macedones deiecerunt: & ipsi a Romanis pulsi sunt. Post Romanos greci Asiam obtinuerunt: cum apud Bizanciũ imperii sedem Cõstantinus posuisset. grecos autem Turci eliminarũt: quos Tamerlanes ut ante diximus magnis affecit cladibus: Sed tanq̃ fulgur cũ omnia pertriuisset breui defecit: & res ad Turcos sine controuersia rediit. Inter Asiaticos autẽ

q'u armis claruerit :unum reperimus cunctis excellentiorem: & cui pauci possint ęquari: Mythridatem : scilicet Eupatorem cuius progenitores Pontici fuerunt : & ipse apud Synopem natus educatusque est : & ibi tandem sepultus. Ad hunc puerum :ut Apianus alexandrinus scribit : & parentibus orbatum principatus translatus est : qui mox ut adoleuit finitimos Barbarorum populos in potestatem suam redegit. Scytharum nõ paucos sibi subiecit:in Romanos per quadraginta annos uariis euentibus bellum gessit. Bithyniam & Cappadociam non semel adeptus est. Asiam Phrygiam Paphlagoniam Galláciam : ac Macedoniam cum in gręciam transisset potenter inuasit : multa & pręclara egit:mari a Cilicia id Ionium usque dominatus est:quo ad Sylla intra paterni regni limites eum inclusit : centum & sexaginta millibus hominum bello sibi ademptis inter lubricos prolapsus casus:minime animum posuit bellum facile instaurauit: cum optimis ducibus pręlio decertauit: a Silla quidem & Lucullo Pompeioque uictus : sępenumero magnas illis intulit clades. L. Cassium. &. Q. oppium & Manium Acilium captiuos sibi deditos palam circunduxit : quoad illum qui totius belli causa fuerat iuteremit : Reliquos Sillę tradidit. Vicit Fimbriam ac Murenam quotam quoque cõsulatu illustrem: & Fabium: ac Triarium:ingenium illi ad res difficiles pręcellentissimum fuit:uictus sępe minime ab incoepto destitit: nec una uia Romanos agressus est:cum celtis foedus iniit : & Sertorium in Hispaniam misit per insidias: siue ab hostibus siue ab aliis ferro impetitus & Sautius : nullo tamen ab opere cessauit. Sanguinolentus & crudelis in omnes fuit:nam matrẽ:fratrẽ ac filios tres impuberes totidem filias interfecit. statura ĩgẽti fuisse tradit̃: ualitudĩe ꝓsprima usus usq͂ ad ultimũ uitę tps eqtate iacł ari:ac mille stadia eqs p ĩterualla dispositis una die discurrere:currus sex & decem eqs agitare : gręcis ĩbutus disciplĩs:& ob id sacris eorũ usus :musicę ꝑterea deditus:Sobrietatis eximię:ĩ pluribus laborũq͂ patiẽtissimus.

Solū mulierum deuictus illecebris his moribus Mithrydates cum orbes plurimas: & pręclaras regiones cladibus inuoluisset Postremo desertus a suis: & filii fraude circunuentus: ad ueneni remedia cōuolauit: quibus non satis celeriter opitulantibus quod iis assuefactus erat: a Buthito quodam Celtarum duce ut se ferro interimeret gręcibus impetrauit: atque ita rex quondam potentissimus: e uita decessit: Sextusdecimus a Dario ultimo Persarum rege Octauus siue sextus a Mythridate illo: qui a Macedonibus defecit: & Ponti regnum sibi uendicauit. Vixit annis octo siue nouem supra sexaginta: in quibus per septem & quinquaginta regnum tenuit: consessu Pompei regali sepulchro apud Synopin conditus: & solennia funeris magnifice consecutus: Sed neque is uetusta origine Asiaticus fuit Mitridates enim qui primus Cappadocię pōtiq; regnum inuasit: e genere Persarum regio fuisse traditur. Fuerat ille Anthigoni amicus. Anthigonus uero cum per somniū sese agrū auro serere uidisset: & Mythridatem aurum metentem in Pōtum recedere: expergefactus illum interficere conatus est. Mythridates cum sex duntaxat equitibus fugiens quendam locum Cappadocię muniuit: multisque illuc per Macedonum incuriam confluentibus: Cappadociam finitimasque circa pontum tenuit nationes. Postremo imperium in maius propagatum filiis tradidit: Quod uicissim unus ab alio suscepit: usque ad Eupatorem: qui etiam Dionysius uocatus est: de quo modo locuti sumus. Mulieres in Asia clarissimę ante omnes fuerunt: Amazones quarum genus e Scythia profectū diximus. Deinde Arthemisia Halicarnassi regina: quę cum Xerxe aduersum grecos bellum gessit. Postremo Pythodoris quam supra in Ponto regnasse memorauimus: non possumus nō Asiaticam dicere: eius pater Pythodorus apud Trallia norū urbē: & priuato ciue magnus euasit: & opes regias cumulauit. Nec nos latet plurimas Asię foemīas clarū nomē assecutas e: sed īter eas q̄ regnauerūt has pferrimus. Verū qa de Turcis supius mētionē fecimus: ad quos ultīo loco īpiū Asię delatū

eſt. Haud abſurdum fuerit eiuſce gentis originem recenſere.
Vt eorum confutetur error qui gentem Troianum Turcos eſ
ſe affirmant:ac Teucros uocant. Turci ut Eticus philoſophus
tradit in Aſiatica Scythia ultra Pericheos montes:& Taracun-
tas inſulas contra Aquilonis ubera ſedes patrias habuere. Gens
truculenta & ignominioſa in cũctis ſtupris ac lupanaribus for
nicaria comedit:quę cęteri abhominantur: Iumentorum Lu-
porum ac uulturum carnes:& quod magis horreas hominum
abortiua. Diem feſtum nullum coluit:niſi menſe auguſto Sa
turnalia. Romanorum imperium audiuit : magis quã ſenſit:
quanuis Octauiano auguſto in auro litoneo cenſum dedit: &
id quidem ſponte. Nam cum uicinas:undique regiones annu-
um illi tributa reddere animaduertiſſet:nouum dierum ac tem
porum exortum eſſe deum arbitrata : munera illi quot annis
miſit. hęc gens ut Otto hiſtoricus tradit imperantibus gręcis:
& regnante apud Francos Pipino annis ab hinc ſupra ſexcen-
tis non Caſpias:ut ille ait: ſed caucaſeas egreſſa portas cum A-
uaribus ferociſſima pugna:multis utrobique deſideratis con-
flixit. Exin pontum:Cappadociamque tranſgreſſa:ad reliquas
finitimas gentes ſenſim illapſa eſt ; nec multo poſt quemad-
modum Nicolaus Sagundinus ad nos ſcripſit: gręcis ac lati-
nis litteris eruditus : eadem gens more latronum clandeſtinis
quibuſdam excurſionibus uires ſibi uendicans occupatis mon
tibus :& clauſtris opportunis:unde per occaſiones facile irru-
ptiones fieri poſſent:uſque adeo emerſit:atque ſublata eſt ani
mis ut palam iam & pari marte aduerſum finitimos de agri
poſſeſſione certaret:& denique procedenti tempore non ſolũ
pontum & Cappadociam:uerum Gallaciam:Bithyniam Lyca
oniam:Piſidiam utranque Phrygiam Pamphyliam: Ciliciam
Cariam:& omnem Aſiam quę minor uocatur: ultra citraque
Taurum:ad oras uſque Ionię:& littora gręci maris occuparet.
Nec unũ quẽdã prĩcipẽ:ſed alios alii duces:& uaria auſpitia ꝑ
factiões ſecuti. ex hac gẽte trigeſimũ ab hĩc:& cẽteſimũ circiter
ãnũ Ottomãus qdã exigui tamẽ cẽſus & obſcuri ĩter priuatos

nominis ex collectitio milite non ingenti manu per seditio-
nem conflata Crassari passim: ac non solum reliquias Christi
anis uexare: uerum etiam homines suę gentis armis infestis pe
tere: & sibi subdere coepit cuius conatibus orta inter principes
graui discordia foelicem cursum prębuit. Ottumanus enim
dum illi sese inuicem laniant: Accitis undique omnibus: qui
pro ingenio pręde rapinarum cupidi essent: auctoritatem bre
ui & nomen adeptus oppida non pauca partim ui: partim se-
ditione in potestatem accepit. Huic successit Orcanes: qui
rem incboatā a patre commodi prosecutus: longe lateque pro
pagauit: quem secutus Amurates filius duobus de gręcorum
imperio disceptantibus ab altero qui superari timebat in au
xilium accersitus: cum ex Asia transisset in gręciam consul
to bellū protrahens: ubi ambos consumptis eneruatisque ui
ribus fractos ac defessos animaduertit. Versis (ut aiunt) pro
r's arma in eos sine ullo discrimine per occasionem conuer
tit: & plurimum gręcię sibi subiecit. Is uita functus duos reli
quit filios Solmanum: & Pazaitem: quem superius a Terme-
lane captum retulimus. Soldano extincto res uniuersa ad Pa
zaitem deducta est: qui priusquam caperetur res magnas in
gręcia gessit: dimissus uero nihil memoria dignum egit: mor
temque in Asia inglorius obiit: cuius filii qui complures
erant in potestatem gręcorum uenere: cum capto patre peri-
culum euasuri. Ex Asia in Traciam nauigare contenderent:
Calapinus tamen natu maior emissus a gręcis regnum obtinu
it: cui uita functo Orcani filio: tenella ętate adolescentulo
quorundam principum regnum occupare conati. Moyses pa
truus: & ipse a gręcis dimissus īfestis armis occurrit: & magis
ꝓditione quam pugna oppressum extinxit adolescentē haud
multo post: & ipse nullo superstite filio decessit: quem Ma
humetes frater tertius ex Pazaite: filius subsecutus regnum in
cruētę obtinuit: q magnis reb⁹ ī Europa gestis: ī Asia quoqꝫ cō
plures Turcorū regulos ui atqꝫ armis oppͣssos regnis exuit: hinc
defūcto successit Amurates filius q per id tps in Asia manēs

audita patris morte in Traciã conatus. Traciam traicere impe
ratoris gręcorum maritimo apparatu probibitus est: & Mu-
staphas natorum pazaite reliquus ut rerum potiretur a gręcis
liberatus & summa ope adiutus. Sed Mustapha pugna supera-
to & interempto a murates uictor uniuersum regnũ obtinuit.
bic fuit Mabumetis qui modo regnat pater utriusque res gestę
memoriam exposcunt: quas cum de gręcis agemus: baud qua
quam reticebimus. bęc est Ottumanorum progenies: & Tur-
corum origo: qui quanquam ea loca possident: quę olim Teu
cri tenuere: non tamen Teucri appellandi sunt: Alioquin & dar
danos & Mysos & Pbryges & multarum gentium: quas uel
Asia uel in gręcia subiecerunt nominibus appellare possemus:
Siue enim ex Attica siue ex Cręta: quod ad mare probare ui-
detur: Teucrorum origo fuit: nibil ad Turcos pertinet: quos
Scytbarum genus esse docuimus Barbaram & Tetram proge
niem: quanuis pluribus sęculis in Asia gręciaque commorati
uitam mitiorem induerĩt: & imperium utriusque terrę conse-
cuti sint. Adeo Turcorum nomen auctum est: ut quę olim
Asia uocabatur: nunc Turciam uocitent. a Turcis enim uni
uersa possidetur: pręter oram Trapezuntiam: quę suo impera
tori paret Christianę religionis cultori: quanuis gręco & non
nullis erroribus imbuto aduersus quem profectus boc anno
Mabumetes eius imperium labefactum existimatur. babent &
Armęnii aliqui suum ducem in Asia qui cbristum sequitur ut
ante diximus: reliqui omnes Turcorum potestati subiecti sũt:
Sed non omnes Turci Ottumanorum imperio subsunt: nam
& Caramanus Cilicię dominus: qui magnam Cappadocię
partem possidet: & Asambecus qui prope Eupbratem domi-
natur: & alii nonnulli reguli ab origine Turci cum Ottuma-
ni progenie diu de regni possessione certarunt. Caramanus in
ter Mabumetem Turcorum imperatorem: & Soldanum ęgy
pti dominum medius: multa per nostram ętatem modo cũ
boc: modo cum illo prelia gessit: locorũ difficultatibus: & Ci
licię gentis: cui dominatr uirtute confisus: & odio Mabumetis

christianorum amicus: Nec Asambecus ottumanorũ prosapiam quiescere permisit Christianę coiunctus uxori imperatoris Trapezuntii filię: quanuis parui momenti est apud Turcos matrimonii nomen: quis cõiuges sunt: quot ducere uoluerũt: Impiam Mahumetis legem sequentibus: cum qua nobilem & pulcherrimam Asiam fęderauerunt eadem ab initio idola coluit: deorumque uariis superstitionibus dedita quanuis nonnullos admiserit Iudeos ueri dei cultores: non tamen legem eorum accepit: Sed quemadmodum hodie iudei inter nos uiuere permittuntur: Ita & inter gentiles per Asiam sub tributo uitam agebant. Damnatissimus ille idolorum cultus usque ad Romanorum imperium perdurauit: quibus ad Christum cõuersis: & in Asiam & in omnem fere terram prędicatum per apostolos intonuit euangelium: & benigne auditum est. Credit Asia Christo & pulcherrimas erexit ecclesias: nec ulla eius portio fuit Christianis non iniciata sacris. Fatemur plurima ibi & per Romanos & per alios iudices Christianorum persecutio acta est. Sed uicit gloriosa martyrum constantia. uicerũt & sanctissimi uerbi dei prędicatores. Erecta sunt monasteria uirginum & sanctorum patrum Cenobia. laudatus est in canticis dominus: & in odorem suauitatis sacrificatum est: ei cuncta populi ora: & omnes linguę Christum insonuere: cui nulla non uilla altaria dedicauit: & dona in eius nomine consecrauit. Cessauit omnis spurcitia ueteris cultus. Diruta sunt demonibus sacrata templa exusta simulachra: contritę deorum imagines: omnis turpitudo: omnis blasfemia procul acta euangelica uita recepta. Sancti & pudici mores admissi: laudata uirginitas: probata nuptiarum castitas: Innocentia in honore habita: sobrietas & mansuetudo ore omnium commendata: nulla consuetudo admissa quę aduersa sacro sancto euangelio uideretur: uerum Turcorum aduentu cuncta immutata sunt. Mahumethea lex quę sub Heracleo impatore coeperat euãgeliũ Christi repulit christianorum desidia: q petentibus opem Asianis neq; cõsilio neq; auxilio fuerũt. Rediit fęditas & pristina turpitudo: nam quãuis simulacra horrent Turci & unum

se colere deum dicunt. Indigna tamen de Christo sentiunt: nec trinitatem adorant: haud intelligentes quomodo possit deus unus & trinus esse: & scripturam sacram deprauarunt: uoluptatis ac libidinis serui. Perierũt sacrę litterę: & omnia bonarum artium studia defecerunt: apud seruos paucos Christi nomen auditur: neque illi qui se christianos appellant in Asia ueri christiani sunt: non ambulantes ad ueritatem euangelii: & si enim plurimi adsunt greci christianis imbuti sacris: multum tamen ab ãtiquorum sanctorumque patrum regulis abierunt: Nec Romanam ecclesiam audire dignantur omnium fidelium matrem. Nimis multum est quod in Asia perdidit christus nobilissima prouintia a nostra religione est alienata: Et quot populos: quot pręclarissimas urbes: quot insulas fama Celebres: quot ĩclita regna cum Asia perdidimus in oratione qua resuadet rex Agrippa Iudeis apud Iosephum ne cum Romanis bellum susciperent quingentas ciuitates in Asia minori: ac ꝓpria fuisse cõperimus. Et quę unq̃ terra uiros doctrina excellentes plures quã Asia protulit! Dum singulas percurrimus urbes: cõemorauimus illustres uiros e septem sapientibus: quos admiratur antiquitas tres uel quattuor Asiaticos fuisse constat: quando ex ipsa continenti aut ex insulis sibi adiacentibus orti sunt. Homerus ipse inter poetas pręcellentissimus: haud dubie Asiaticus fuit quanuis eum apud se natum plures ciuitates decertent: & Hypocrates medicorum princeps ex Coo natus Asiam honorat: & Aracus astrologus Solensis inter phylosophos siue stoicos siue peripateticos multi Asiatici clаruerũt. Oratorum quoque & historiocorũ maximus numerus: sicut in particularibus relatum est. Theologi quoque nostrę religionis non pauci in Asia floruerunt. Sed unum omnium & primũ & maximum satis fuerit commemorasse Paulum Tharsẽsem cuius epistolę post euangelia primum sibi locum in ecclesia uẽdicarũt. Omittimus aliarum artium studia: architecturã: picturam: statuariamq́ in quibus Asianorũ ingenia facile principatũ obtinuere lõgũ: eẽt singula recẽsere: q̃ apud Asiaticos ꝑcipua extiterũt: & e septẽ miraculis orbis duo ł tria ĩ asia referũt.

Manseoli sepulchrum apud Cares: & Iouis siue Solis collosus apud Rhodios: quos inter Asiaticos computauimus: hęc longius fortasse quam par fuerat recensuimus: ut intelligant qui hęc legerint q̃tum Christiana res publica perdiderit: atq; hęc potissimū cā fuit: cur Asiā & eius partes distinctę usq; ad munitissimas describeremus. Dicet fortasse aliquis non minoris damni fuisse: uel gręciam amisisse quę omnium doctrinarū mater iudicata est: & armorum gloria plurimum excelluit: uel Syriam in quo primus homo uisus: & in qua Christus natus: & altus humanum genus per crucem redemit: & uiam qua cęlum peteremus aperuit. Vtilius igitur fuisse has prouintias descripsisse q̃ Asiā: Sed neq; nos illos negligemus: si uita comes fuerit: qui & orbis uniuersi situm & gentes percurrere decreuimus. Nūc maioris Asię quādo ea ps absoluta est: q̄ citra Thaurum ad Boream uergit: & multa in ipso Thauro descripta enī sunt: & non nulla ultra Thaurum usq; ad Amanū montem & Syriam. Restat ut alias Asię partes aggrediamur: quę ab ipso Thauro in Austrum pēdent: inter quas indiam primo loco ponemus orientem uersus: q̃uis Ptholomęus ultra indiam collocauerit sinas.

causa p q̄ distincte autor iste descripsit asia

Pii. ii. Ponti. maximi histories rerum ubiq; gestarū prima pars finitur: & impressioni Venetiis dedita: per Iohannem de colonia sociumq; eius Iohannem manthen de Gherretzem anno millesimo: cccclxxvii.

Finis

Copia misa xpoforo colonbo p paulū fisicū cū ūa carta navigacīs

Ferdināōo martini canonico vlixpōn paulus phisicus salutem. A tua valitudine de gra et familiaritate cum rege [illegible]

magnificentissimo principe iocundū mihi fuit intelligere. cū tecum allias locutus sū de breviori via ad loca aromatū p [illegible]

navigacōe qm̄ sit ea quā facitis p guineā querit nūc ser. rex a me quādā declaracōe ymo potius ad [illegible]

etiam mediocriter doti illā viā caperēt et intelligerēt. Ego autē qm̄ vis cognosce possē hoc ostēdi p formā sperica [illegible]

[illegible] determinavi p faciliori intelligencia ac etiā p faciliori opa ostēdere viā illā p quā carte navigacīs fiūt illud d[illegible]

Mitto ergo sue Mti cartā manibꝰ meis factā i q̄ designātur litora vra et insule ex qbꝫ incipiatis iter faciēre versus occ[illegible]

et loca ad que debeatis pervenire et qm̄tū a polo vel a linea equinoctiali debeatis declinare et p qm̄tū spaciū s. p quot miliaria [illegible]

pervenire ad loca fertilissima oīuz aromatū et gemarū et nō mireminī si vocō occidentales ptes vbi sūt aromata [illegible]

vocātur orientales qa navigātib ad occidēte sēp ille ptes inveniūtur p subterraneas navigaciones [illegible]

itinera ad oriēte sēp reperientur. linee ergo recte i longitudine carte signate ostēdunt distā [illegible] ab oriēte versus occid[illegible]

[illegible] aut transuerse sūt ostēdūt spacia a meridie versus septētrionē [illegible]

maiori noticia navig [illegible] incolis ipse [illegible]

aliqua patria illius [illegible] tanta copia navi[illegible]

[illegible] est [illegible] et i toto reliquo orbe [illegible]

[illegible] piperis mag [illegible]

populatissima ditissima [illegible] pvinciarum et regnorum [illegible] numero sub uno principe q dicitur magnus

kan q̄ nomē significat i latino rex regum [illegible] et plurimū i pvincia katay antiqui [illegible]

desiderabāt cōsorciū xpianorum [illegible]

[illegible] sed q missi sūt impediti i itinere redierūt etiā tpr Eugenii venit unus ad eugeniū q de benivolencia [illegible]

[illegible] erga xpianos affirmabat et ego secū longo sermone locutus sū de multis de magnitudine edificiorum regalium

de magnitudine fluminū i latitudine et longitudine mirabili et de multitudine civitatum i ripis fluminū [illegible]

[illegible]

[illegible] digna [illegible]

[illegible] oīs generis et aromatū que nūq̄ ad nos deferuntur [illegible] p doctos viros philosofos et astrologos

qbꝫ ingeniis et artibꝫ ita potens et magnifica pvincia gubernātur ac etiā bella conducāt hec [illegible]

sua petic [illegible] qm̄tū brevitas tempris dedit et occup[illegible] responsio [illegible] regis maiestati [illegible]

satisfacere data flor 25 iunii 1474

[illegible] versus occidentē [illegible] qbꝫ sūt miliaria 2[illegible]50 [illegible]

[illegible] et sūt ptes decē et nomē eius sonat citadel cielo [illegible]

[illegible] et multa [illegible] de multitudine artificiū et de reditibꝫ. hoc spacium est fere tercia

[illegible] sperre que civitas ē i pvincia magi [illegible] vicina pvincie katay i q residencia terre regia est [illegible]

[illegible] antilia vobis [illegible] nobilissimā [illegible]

[illegible] ita p ygnota itinera [illegible]

[illegible] sed diligens consideratur [illegible]

[illegible] pspicere vale dilectissime

[illegible] stat [illegible] cor[illegible] ius vrem [illegible] i anis, et [illegible] ferebat inde [illegible] et arg[illegible] et bu[illegible]
as et pauo[illegible] paralipomenon libro 2° c° 9.
Rex noster ante secula operatus est salutem in medio terre [illegible] salario in psalmo 73 [illegible] nota quod debet intelligi in medio [illegible] permissionis

Aurelii augustini de ciuitate dei / libro 18 capitulo 45

inde
[illegible]o aut illo tpre ex q redier de babilonia post Malachiã Aggeũ et Zachariã q tũc pphetauer et Exdra [illegible]
[illegible]q ad saluatoris aduentũ n allu zacharia patre Johis et helisabet eius uxore xpi natiuitate iã pxima et oiã nõi [illegible]
[illegible] et annã uiduã iamq grãdeuã et ipm Johem nouissimu / q iuuenis iã iuuene xpm nõ qdẽ futurũ predixit [illegible]
[illegible]hica cogtione mõstrauit pp q ipe dñs ait / lex et pphe usq ad Johem / sed istorũ quoq pphetatio ex euangelio nob[illegible]
[illegible]ã uirgo mater dñi ante Johem pphetasse inuenit Sz hãc istorũ pphiaz iudei reprobi nõ accipiũt accepõt aute qui ex i[illegible]
[illegible]iles euãgelio crediderũt Tunc eni uere israel diuisus ẽ i duo diuisione illa que p samuele pphãz Sauli regi [illegible]
[illegible]nũciata Malachia uero Aggeu Zacharia et Exdrã etia iudei reprobi i actoritate canonicã receptos [illegible]
[illegible]t eni et scripta eorũ sicut aliorũ q i magna multitudine pphetarũ ppauci [illegible] scripser q actoritate canonicis obti[illegible] [illegible]
[illegible]dit que ad xpum ecclesiamque eius ptinẽt nõ nulla mihi i hoc ope uideo ponẽda ee [illegible]
[illegible]iu libro ne hunc tã plexũ ulterius onerem[illegible]

Fecit autē rex etiā multas naues i sinu egyptiaco maris rubri q̄dam loco q asiongaber
appellat' nō procul a ciuitate bellena / que nūc beronica vocat'. hec enim Regio fuit
primitus Iudeor'. habuit vero ad edificandas naues beneficia Regis yram: ipse
nanq multos viros gubernatores, et in maritimis reb3 eruditos misit / quos iussit
nauigare cū dispensatorib3 suis ad locū qui olim ophira nūc terra aurea nūcupat'
est autē in india. vt aurum deferrent / et colligentes quadringenta talenta
ad regem denuo sunt reuersi //

Eodem tempore delati sunt regi a terra que vocat' aurea lapides preciosi / et ligna
pinea q̄b3 vsus est ad fortitudinē templi domū q3 regalem. et ad instrumenta musi
cor'. fecit pro eis citharas et nablas, vt dicerent deo hymnū leuite / Omnium
vero rer' que fuerant q̄cunq tpr regi delata, ea que illo die deuecta sunt
magnitudinē et pulcritudinē precellebant, nullus igit' arbitret' q ligna pinea
que nūc pp pretia vendentiū sic apellant' illis vicina sint / illa siquidem
visione rotunda quasi pinea sunt, sed multa candiora et vald' fulgentia
hoc autē dixi vt nullus naturā vere pinus ignoret / qa vero propter
btilitatem regis eius memoriā fecimus oportunū etiā Iudicamus significare
allati auri illo tpr q̄titatē que fuit ponder talentor' sexcentor' sexaginta
sex nō reputatis eis que negotiatores emerant, neq q dono arabie
coparchie. Regis q mittebant. conflauit ergo aur' vt ducentas lanceas
faceret que siclos sexcentos haberet. fecit q et scuta trecenta vno q̄q3 habē-
tis auri minas tres posuit q eas in domū que silua libani vocat' nec nō et
cooperula ex auro et lapidib3 preciosis ad cōuiuia necessaria preparauit / Dū
q vno precipuo artifice hec fecisset etiā alia vasor' opa largitate auri
vt faceret exquisiuit; nō enim aur' aut argentū vendebat' aut emebat'
sed multe fuere naues quas rex in mari tarsico cōstituerat vt interiora
gentium peruolarent, et oīa cōpararent / et cōparatū aur' argentū q /
Regi deferrent / nec nō et elefantes et pauos et simias; nauigio vero
euntes et redeuntes / tribus annis implebat // tunc enim regis illustris
opinio oēs in circuitu prouincias circuibat virtutē eius sapientiam q
vbi q diuulgans ita vt oēs vndiq reges desiderarent eius aspectū pp
incredulitatē rerū que de eo referebant', magnis q muneribz suū circa
eū studiū demōstrabāt. mittebant ita q ei vasa aurea et argentea vestes
q purpureas et aromatū genera multa et currus et equos et onagros
multos q que virtute et pulcritudine regi placerēt // // Reliq vt ī textu.

[illegible] dispositam quisquis fuit ille deorum
[illegible] secuit sectam que in membra redegit
Principio terram nec non equalis ab omni
parte foret magni speciem glomeravit in orbis
Tum freta diffudit rapidis que tumescere ventis
Iussit et ambite circumdare litora terre
[illegible]it et fontes inmensa que stagna lacus que
[illegible]ina que obliquis cinxit declivia ripis
[illegible] diversa locis partim sorbentur ab ipsa
[illegible]are pervenit partim campo que recepta
Liberiores aque pro ripis litora pulsant
Iussit et extendi campos subsistere valles
Fronde tegi silvas lapidosos surgere montes
Imminet his aer qui quanto est pondere terre
Pondere aque levior tanto est onerosior igne
Illic et nebulas illic consistere nubes. IUSTI.

[illegible] tenere planetas que [illegible] 7 d. ducis

Saturnus — Ultimus algendo tardo pigrino meato
me notat [illegible] senile pigrum,

Jupiter — Ambio signiferi clara cum lampade girum
Gaudetque me fax esse serena notat

Mares — Mars scintillo radiis qui me claro arcus [illegible]
Igniculum roseus me probat esse color,

Sol — Fixuoris sum fons luminis eius origo
Illustrans toto quicquid in orbe patet

Venus — Lustras zodiacum radianti lucem [illegible]
Lucifer apellor sperus atque venus


Mercurius — Lunari coniuncta globo loca summus uolo magna /
Igneus et gelor corpore luce pia

Luna — Solis lux mutans per currere climata celi
In sima sompnifero tempore rore madens

Zodiacus — Etate rerum serie distinguo [illegible]
Et in se metre per celi clima planetr.

Esta es la cuenta de la criaçion del mondo segondo lo Judios .·.

[illegible] Adam cxxx (170) anos y estonçes engedro a set
[illegible] set cv (105) anos y estonçes ingedro enos
[illegible] enos xc (90) anos y estonçes ingedro caynan
[illegible] caynan lxx (70) anos y estonçes ingendro malalehel
[illegible] malalehel lxv (65) anos y estonçes ingedro Jared
[illegible] Jared clxii (162) anos y estonçes ingedro enoch
[illegible] enoch lxv (65) anos y estonçes ingendro mathusalen
[illegible] matusalem clxxxvii (187) anos y estonçes ingedro lamech
[illegible] lamech clxxxii (182) anos y estonçes ingedro noe
[illegible] noe vc (500) anos y estonçes ingedro sen
[illegible] sen havia c quando foe el dilubio
[illegible] de la creaçion del mondo hasta el dilubio son 1656 anos
[illegible] sen ii anos despois de los ciento sobre dichos y despois
del dilubio estonçes ingedro artaxat
[illegible] artaxat xxxv anos y estonçes ingendro sala
[illegible] sala xxx anos y estonçes ingendro heber
[illegible] heber xxxiiii anos y estonçes ingedro phalech
[illegible] phalech xxx anos y estonçes ingedro reu
[illegible] reu xxxii anos y estonçes ingedro saruch
[illegible] saruch xxx anos y estonçes ingendro nacor
[illegible] nacor xxix anos y estonçes ingendro thare
[illegible] thare lxx anos y estonçes ingendro abraam
[illegible] del diluvio hasta que naçio abraam son [illegible] 294 anos
y segund los Judios son 292
[illegible] abraam c anos y estonçes ingedro ysac
[illegible] ysac [illegible]
que naçio ysac hasta que saliron de egipto ccc (400) anos
que saliron de egipto hasta que se fabrico la primera casa 480 anos
[illegible] fabricada la primera casa hasta su destruccion son 410 anos
[illegible] destruida la primera casa hasta la salida del catiuerio
[illegible] lxx anos y estonçes se començo la segunda casa
[illegible] segunda casa 400 anos
[illegible] abraam hasta que foe destruyda la segunda casa 1088 anos
[illegible] de la segunda casa ~~hasta~~ segund los judios hasta agora
[illegible] del naçimento de nuestro señor de 1481 son 1417 anos
[illegible] del mundo hasta esta era de 1481 son 5241 anos
[illegible] 5 2 7 [illegible]


circulus equinoxialis
circulus articus
circulus equinoxialis

[illegible] ligatus misit in guinea anno domini 148[illegible] magister Josephus fixicus [illegible] et astrologus [illegible]

[illegible] altitudinem solis in tota guinea qui omnia ad [illegible] plenum [illegible] renunciavit dicto [illegible]

[illegible] xi marcij [illegible] distare [illegible] quasi [illegible] 6[illegible] [illegible] vocata de los [illegible] quod [illegible]

[illegible] diligentia [illegible] pro [illegible] dictis [illegible]

[illegible] concordari cum ipso M. Josepho [illegible] castro [illegible]

[illegible] nascat [illegible] in duas [illegible] sub [illegible] duas [illegible]

[illegible] femina ipa [illegible]

[illegible] pulver [illegible] ponit super [illegible] combusta [illegible] ipm molunt et [illegible]

[illegible] pulver [illegible] redunt [illegible]

[illegible]

[illegible]



TESTIMONIO COMPAÑIA EDITORIAL



QUINTO CENTENARIO

CESAR OLMOS PIERI, editor, impresor y director técnico-artístico de la colección «Tabula Americae» de Testimonio Compañía Editorial, S. A.
CERTIFICA: que de la HISTORIA RERUM, cuyo original se encuentra en la BIBLIOTECA COLOMBINA DE SEVILLA, se ha hecho una edición facsímil, de 980 ejemplares, numerados del 1 al 980 con destino exclusivo a los mercados internacionales, por lo tanto no comercializables para España (existiendo otra edición nacional de 980 ejemplares de venta exclusiva para España) en coedición con el

QUINTO CENTENARIO
TESTIMONIO COMPAÑIA EDITORIAL
correspondiéndole al presente ejemplar el

número ...137...


Madrid, a tres de junio de mil novecientos noventa y uno.





CON EL PATRONAZGO DEL SECRETARIO GENERAL DEL CONSEJO DE EUROPA

DEPOSITO LEGAL: M - 34079 - 1991
I. S. B. N.: 84 - 86290 - 41 - 4
Printed in Spain
TEyPE, S. A. Sauce, 30 - Torrejón de Ardoz - Madrid





HISTORIA RERUM
UBIQUE GESTARUM

DEL

PAPA PIO II

(ENEAS SILVIO PICCOLOMINI)

TRADUCCION

DE

ANTONIO RAMIREZ DE VERGER

PROFESOR DE LA UNIVERSIDAD DE SEVILLA



COLECCION
TABULA AMERICAE



TESTIMONIO COMPAÑIA EDITORIAL



HISTORIA RERUM UBIQUE GESTARUM

DEL

PAPA PIO II

(ENEAS SILVIO PICCOLOMINI)

TRADUCCION

DE

ANTONIO RAMIREZ DE VERGER

PROFESOR DE LA UNIVERSIDAD DE SEVILLA



COLECCION
TABULA AMERICAE





TESTIMONIO COMPAÑIA EDITORIAL

COLECCION
TABULA AMERICAE

Esta colección tiene como objetivo la descripción del proceso a través del cual los europeos que hicieron el descubrimiento del Nuevo Mundo, o los que narraron los hechos de los descubridores o los que descubrieron la inédita naturaleza, tuvieron conciencia de la novedad de lo encontrado, creyendo, primero, que aquello era Asia, hasta afirmar, luego, que era un mundo nuevo, sorprendente y extraño. Tras considerar Colón que lo visto y entrevisto era lo que habían descrito pretéritos tratados (Tolomeo, d'Ailly, Toscanelli, Marco Polo) se comenzó a percibir la diferencia.

Los descrubridores, dirá Pedro Mártir de Anglería, facilitaron al género humano una tierra que estaba oculta. Para su explicación y comprensión o, simplemente, para poder llamar a las cosas inéditas de aquel nuevo mundo, se echó mano de conceptos y voces conocidas. Se europeizó a la nueva naturaleza; no se la descubrió totalmente. Pero aquella naturaleza que trastocó la concepción geográfica que Europa poseía de la Ecúmene, dejose sentir en todos los aspectos de la vida europea al tiempo que ella misma era transformada por el nuevo habitante.

En este primer proyecto de TESTIMONIO, Compañía Editorial, S.A., se abarca lo que tradicionalmente se denomina proceso descubridor por excelencia, es decir, desde la génesis u origen del plan colombino, hasta la primera vuelta al mundo en que se hace realidad el ideal de Colón. Asi mismo se recoge los testimonios del nuevo continente más significativos, cuando se realizó el magno encuentro en los dos mundos.

Junto a la edición facsimilar de los textos y documentos más fundamentales para la comprensión de este proceso, iran en volumen aparte, la transcripción, traducción (si no estuviera en español), estudios y notas. La colección está dirigida por el profesor D. Francisco Morales Padrón, catedrático de historia de los descubrimientos de la Universidad de Sevilla y se le ha dado el sugestivo nombre TABULA AMERICAE, es decir «IMAGEN DE AMERICA».



COLECCION
TABULA AMERICAE



Edición dirigida por: CESAR OLMOS

DEPOSITO LEGAL: 34077 - 1991
I. S. B. N.: 84 - 86290 - 40 - 6
Printed in Spain
TEyPE, S. A. Sauce, 30 - Torrejón de Ardoz - Madrid

EDITADO
POR





TESTIMONIO COMPAÑIA EDITORIAL



CON EL PATRONAZGO DEL
SECRETARIO GENERAL
DEL CONSEJO DE EUROPA

HISTORIA RERUM
UBIQUE GESTARUM
DEL
PAPA PIO II

TRADUCCION
DE
ANTONIO RAMIREZ DE VERGER
PROFESOR DE LA UNIVERSIDAD DE SEVILLA

ORIGINAL CONSERVADO EN LA
BIBLIOTECA COLOMBINA DE SEVILLA

ESTA OBRA HA SIDO EDITADA
POR
V CENTENARIO
Y
TESTIMONIO COMPAÑIA EDITORIAL



TABULA AMERICAE

15

TESTIMONIO COMPAÑIA EDITORIAL

MADRID, 1991

NOTA DEL TRADUCTOR

La presente traducción de la *Descripción de Asia* de Eneas Silvio Piccolómini, nombre del Papa Pío II (18-10-1405/14-8-1464), se basa íntegramente en el ejemplar de la Biblioteca Colombina de Sevilla anotada por Cristóbal Colón. No es la primera, sino la segunda traducción a una lengua moderna. La primera va a aparecer en Alianza Editorial. He tenido la oportunidad de beneficiarme del excelente trabajo de su autor, Francisco Socas, antes de ser publicado. Mis gracias son infinitas y mi deuda con él es impagable. Por supuesto, los errores de esta versión sólo a mí son imputables.

HISTORIA DE PIO II, PONTIFICE MAXIMO, DE LOS HECHOS ACAECIDOS EN EL MUNDO CON UNA DESCRIPCION GEOGRAFICA INACABADA. EMPIEZA CON ASIA MENOR

PREFACIO

Lo que los mortales hacen en público o en privado está expuesta a la calumnia. Las malas lenguas no perdonan siquiera a las obras divinas: tanto poder se arroga la inteligencia humana. ¿Qué podríamos esperar nosotros, cuando nos disponemos a contar la historia de algunas épocas pasadas y de la nuestra? ¿Acaso escapará de nuestro trabajo un intérprete malicioso? Por supuesto que no, y desde luego no pretendemos tanto. "¿A qué viene esta dedicación ociosa en un Sumo Pontífice?" –dirán– "El tiempo que pierde en escribir, se lo quita al pueblo cristiano. ¿Por qué no practica ejercicio más provechoso? Difunde nuestra época y sucesos conocidos por todos. ¿Qué utilidad saca de ello? ¿Qué placer para el lector? Ni saca a relucir verdades ni al sacarlas las adorna

